PAULI MASCAGNII
ANATOMIA
UNIVERSA

XLIV. TABULIS AENEIS

JUXTA ARCHETYPUM HOMINIS ADULTI

ACCURATISSIME REPRAESENTATA

DEHINC AB EXCESSU AUCTORIS

CURA AC STUDIO

EQ. ANDREAE VACCÀ BERLINGHIERI

JACOBI BARZELLOTTI

ET

JOANNIS ROSINI

IN PISANA UNIVERSITATE PROFESSORUM

ABSOLUTA ATQUE EDITA

FASCICULUS PRIMUS

PISIS

APUD NICOLAUM CAPURRO

TYPIS FIRMINI DIDOT

MDCCCXXIII.

NUNTIUM

PUBLICE PROPOSITUM, MENSE APRILI AN. 1822.

Heredes Pauli Mascagni, de tanti Viri gloria merito solliciti, publicum vulgatumque esse volunt, se nemini melius fidenda ratos esse, quae eximius Professor ille ingruente morte anecdota reliquerat, ad universum ANATOMICUM OPUS *pertinentia, quam DD. Equiti Andreae Vaccà Berlinghieri, Jacobo Barzellotti, et Joanni Rosini, in Pisana Academia Professoribus; in quos proinde, eosque solos, Magistratu probante XVII. Kal. Maj ann.* 1822 *illa omnia venditionis jure transtulerunt, Tabulas scilicet, sive lineamentis expressas, sive aere sculptas, nec non manuscripta singula, ad Operis ipsius illustrationem comparata.*

Hinc falsum, supposititium, apocryphum, subreptumque haberi volunt, quidquid ab alio quam a praedictis Emptoribus vulgari contigerit, quod ad universum illud Anatomicum Mascagni Opus aliquo modo spectare possit.

NICCOLA MASCAGNI heredum Tutrix.
HIERONYMUS MATTEI Contutor.

PAULI MASCAGNII
ANATOMIA
UNIVERSA

XLIV. TABULIS AENEIS

JUXTA ARCHETYPUM HOMINIS ADULTI

ACCURATISSIME REPRAESENTATA

DEHINC AB EXCESSU AUCTORIS

CURA AC STUDIO

EQ. ANDREAE VACCÁ BERLINGHIERI

JACOBI BARZELLOTTI

ET

JOANNIS ROSINI

IN PISANA UNIVERSITATE PROFESSORUM

ABSOLUTA ATQUE EDITA

PISIS

APUD NICOLAUM CAPURRO

TYPIS FIRMINI DIDOT

MDCCCXXIII.

PROŒMIUM

Etsi Anatomes vocabulum late sumptum rei cujuscumque sectionem significet, jamdiu tamen receptum est, ut illo specialiter utamur ad corporis animalis, ac præsertim hominis vita functi, sectionem indicandam, quæ cædendo peragatur. Hinc strictiore sensu Anatomiam dicimus scientiam illam, quæ humani cadaveris sectione singulas ejus partes ita exhibet, ut variam diversamque ipsarum naturam, formam, structuram, compaginem, usum clare et aperte dignoscamus.

Scientiæ hujus utilitatem, imo absolutam necessitatem ad Medicam et Chirurgicam artem, non casu et in hominum perniciem, sed publico bono perite exercendam, nemo non sentit. Verumtamen simul norunt omnes, quam difficile, nauseabile et grave sit, dissectas humani corporis partes, non sanguine tantum sed et interdum sanie quoque scatentes, morosa cura introspicere, abdita quæque investigare, latentia scrutari, ac proinde in squalentibus mortis reliquiis perpetuo fere versari.

Fatendum quidem non defuisse nec deesse adhuc animosos et solertes homines, qui salutaris artis amore inflammati has omnes difficultates magnis conatibus superare contenderunt, et hodie quoque contendunt; sed et illud non diffitendum, Anatomicæ scientiæ studium sola cadaverum inspectione peractum, et hinc memoriæ tantum commendatum, non magno sane adiumento esse posse, iis præsertim qui in Medicina vel Chirurgia exercenda perpetuo occupati, sensim ingruentis oblivionis damna (ut fert humanæ mentis infirmitas) non raro patiuntur.

a

Huic itaque defectui occurrendo, duplicem methodum Anatomicæ scientiæ Magistri prudenter excogitarunt, quarum prima, perspicuam humani corporis per partes singulas descriptionem scite compositis verbis intellectui repræsentaret: altera, imaginum et iconum ope, partes ipsas naturali forma affabre expressas, fidelibus oculis opportune subiiceret, non secus ac si cadavera ipsa intuentibus exhiberentur.

Methodi utriusque magna profecto sunt commoda: sed nemo sane inficias iverit, quin altera hæc per imagines et icones, quæ primam certe utilitate longe antecellit, eam quoque longissime superet difficultate maxima qua undique urgetur, adeo ut periculosæ plenum opus aleæ omnino suscepisse dicendus sit, qui ad ipsam ea qua par est diligentia perficiendam et animum converterit et manus admoverit.

Hinc factum, ut methodus hæc a Sinensibus forte circa sæculum XI. rudi minerva excogitata, ab aliis deinde incassum pertentata (1), ob summam difficultatem penitus fere desereretur, donec sæculo XVI. anatomico Vesalii studio cum pictorio Titiani genio conjuncto (2) iterum excitata, elegantiori forma quodammodo reviresceret.

Ex eo itaque tempore maximi nominis Anatomici et Pictores celebres, Vesalium forte ac Titianum æmulati, in humani corporis structuram laboriosis Tabulis repræsentandam intentissimi, magnis exemplis ostenderunt, quanta sit inter anatomicam et pictoriam artem sororia veluti necessitudo. Anatomicos inter primas tenent Marcus Antonius a Turre, ac Bartholomæus Eustachius; inter Pictores autem tria picturæ decora splendidiore luce fulgentia, ceu micat inter ignes Luna minores, retulisse sufficiat, Leonardum nempe, Bonarrotium, ac Raphaelem illum, *timuit quo sospite vinci-Rerum magna Parens, et moriente mori* (3).

(1) Vide Haller. Bibliothec. Anat. Tom. 1. Cleyer Medic. Sinens. Lib. II.

(2) Vel Joannis Calcarij eximij ejus alumni, ut contendit Vasarius (*Vite de' Pittori; Vita di Tiziano*).

(3) Vide *Vasari, Vite de' Pittori; Vita di Leonardo da Vinci, di Michel Angelo Bonarroti, di Raffaello da Urbino;* Haller Bibliothec. Anat.; Sprengel, *Stor. Pram. della Medicina*, *Tom. 6. edit. Venet.*

Sed omnes hæ summorum virorum curæ in Vesalianis Tabulis sive ampliandis, sive illustrandis unice constiterunt, quæ licet solæ tunc temporis laude dignæ viderentur (4), adhuc tamen, si verum fateri velimus, primam tantummodo anatomicæ methodi per imagines et icones infantiam, seu immaturam saltem adolescentiam indicabant. Hinc novi Eustachii labores, novæque Tabulæ Vesalianis longe accuratiores (5), quæ etsi anno MDLII. ære sculptæ fuissent, tamen per sesquisæculum et amplius delituerunt, donec anno MDCCXIII. Ioannis Mariæ Lancisii opera publice ederentur. Hinc magni plausus per totam fere Europam: hinc Eustachianæ Tabulæ, Lancisio explicatore, Anatomicorum ejus ætatis veluti promptuarium, scholarum omnium communis veluti norma.

Et ita quidem diu res se habuit, donec illæ ipsæ Tabulæ, iteratæ cum sectis cadaveribus comparationi per Anatomicum summum Bernardum S. Albinum Leydensem viginti quatuor annorum labore subiectæ, emendatis erroribus qui in Lancisii explicationes irrepserant, anno demum MDCCXLIII, quantum ejus temporis conditio ferebat, absolutæ prodirent.

Novi tunc per universam Europam plausus, ita ut Eustachianæ Tabulæ, Albino correctore et interprete accuratissimo rursus editæ, Anatomicæ methodo per imagines et icones summum veluti fastigium imposuisse viderentur. Hinc Anatomiæ, quam dixisse liceat *repræsentantem*, enixius studium: hinc veluti ex condicto summorum virorum laboriosa opera, quibus illæ aut illæ humani corporis partes figuris perspicuis doctisque explicationibus speciatim exhiberentur.

Generosi hujus certaminis signum jam dederat Albinus ipse, eximiis editis Tabulis, quibus humani corporis ossa, musculos, viscera quædam, organa nonnulla, nova et pereleganti forma feliciter exposuit: et hinc eum sequuti non minoris famæ Anatomicæ doctrinæ Proceres,

(4) Vid. Haller. loc. cit.

(5) Non quidem artis Pictoriæ excellentia, sed rerum expositarum veritate. Vid. Albin. Præf. ad explicat. Tabul. Bartholom. Eustachii.

quot quantisque Tabulis, auro cedroque dignis scientiam ipsam locupletarunt! Hinc viva quodammodo imagine intuentibus exibita auditus organum per Valsalvam, humani corporis ossa per Monron, brachium integrum per Camperium, oculus per Zinnium, auditus olfactusque organa, brachiales et cardiaci plexus per Scarpam, Uteri prægnantis figura per Hunterum. Hinc Walteri Neurographia, Mascagnii nostri vasorum Lymphaticorum systema ac icnographia, Vicqdazirii cerebrum, externa sensoria Sœmeringii, auditus organa Saunderii; hinc novæ Tabulæ ad usum practicum accommodatæ a Rosenmullerio (6): hinc recentiores cerebri nervorumque icones auctore Gall: hinc alia plurima, et sane plurima Anatomiæ repræsentantis subsidia, quæ αδυνατον fere esset numerando percensere.

Hæc quidem omnia maxima sane sunt, et omni profecto commendatione majora. Verum in tanta specialium Tabularum copia deerat adhuc integra adulti hominis figura, uno intuitu conspicienda, quæ eadem ipsa perspicuitate eademque perfectione, qua singulæ partes exactæ, et ad naturæ veritatem expressæ, totam humani corporis fabricam cunctaque ipsius elementa Anatomicæ scientiæ studiosis clare et aperte exhiberet.

Gravissimum defectum hunc, cui supplendo nec Vesalij, nec Eustachij labores pares esse poterant, sensit equidem solertissimus Albinus, qui primus de eo tollendo cogitavit: sed licet tanto oneri sustinendo Albinus ipse non esset impar, adhuc tamen peritissimi viri propositum irriti desiderii terminos non excessit. Hunc ipsum defectum senserunt postea nostri temporis Anatomici summi Caldanus uterque, et Loderus, ejusque fortasse tollendi gratia singularem methodum secuti sunt, quam licet Anatomico tirocinio adiuvando prorsus utilissimam, ad practicum tamen usum quod attinet, non omne punctum ferre posse fatendum est.

(6) Vide Sprengel, *Stor. Pram. della Medicina, ec. stato di essa, Tom.* XI. *ed. di Venezia.* Hoc Rosenmullerii opus Vimariæ editum ab anno 1805 ad annum 1812 frustra penes Bibliopolas nostros quæsivimus. Forte, ut ex titulo argui potest, idem Thuringiensis Anatomici ac Mascagnii scopus: sed an idem executionis modus, ingenue fatemur nos penitus ignorare.

Ii siquidem, summa qua pollent dexteritate, partes singulas humani corporis maximo studio per imagines et icones, ab aliis præsertim speciatim exhibitas, in unum solerter compingentes, totam hominis figuram vario aspectu, variisque systematibus dispositam, sed minore forma expressam, elegantissimis Tabulis repræsentarunt, e quibus in re Anatomica tirones facili negotio illas ipsas notiones simplices et abstractas haurirent, quas cadaverum inspectio suppeditat, dum nuda ossa quæruntur in sceleto, soli musculi in membris, sola vasa vel viscera in cavis.

Sed aliud esse tirones juvare, quo facilius per notiones simplices, veluti per gradus, ad perfectiora sensim assurgant, aliud practico usui inservire, qui totius humanæ complexionis, una cum relationibus singulis, solidam minimeque disparatam reminiscentiam jugiter expostulat, nemo non videt. Neque enim partium simplicium nuda systemata, sed integra ipsarum coagmenta organorum functiones regunt, adeo ut raro admodum ac fere nunquam evenire soleat, ut morbosæ affectiones in solis homogeneis partibus unice subsideant, quinimo totam ipsarum texturam, totamque compaginem variis diversisque elementis constantem libere pervadant. Hinc iis omnibus, qui in Medica aut Chirurgica arte sano consilio se exercent, ineluctabilis necessitas a natura ipsa perpetuo imposita, ut singularum humani corporis partium morbosa affectione laborantium, non simplicem ideam tantummodo, sed et texturam integram, elementa omnia, situm, dispositionem, et cum partibus ceteris relationem, uno veluti obtutu fideli memoriæ subjiciant, ac tamquam in speculo conspicienda, sibi distincto ordine repræsentent.

Iam vero cum maximum hoc penitusque necessarium salutaris artis præsidium nullæ adhuc summorum licet Anatomicorum curæ plenis omnino numeris præstare possent, Amico demum et Collegæ nostro desideratissimo, ac procul ab omni assentationis labe Anatomico fere incomparabili, Paulo Mascagnio solida gloria servabatur, ut primus tantum oneris ultro susciperet, tanto operi manus admoveret, tanto inæstimabili plane thesauro Anatomicam, Medicam, Chirurgicam scientiam locupletaret.

Sive enim tam arduum, difficile ac laboriosum opus ei suaderet singularis quo flagrabat in Anatomiam amor, sive vasorum Lymphaticorum systematis felicissimus exitus, sive Anatomiæ repræsentantis perspecta utilitas, sive de virium suarum comperta fiducia; illud certo constat, indefessum Mascagnium, post systematis illius absolutionem, quo maximam nominis famam sibi comparaverat, nulli labori parcentem, nullis difficultatibus perterritum, nullo periculo confractum, nulla mora interjecta, magnum illud opus statim suscepisse, ac triginta fere annorum studio, patientia, cura, vigiliis, incredibili pene exemplo ad summum perfectionis apicem perduxisse.

Sed, heu fallaces hominum spes! Tanto opere absoluto, tantis laboribus exantlatis, tanto itinere confecto, tanto æquore enavigato, dum solertissimus Auctor vela contrahit, portum fere occupat, editionem parat, amplissimæque gloriæ coronam, tamquam emerita stipendia cominus aspicit, (o desiderium tam cari capitis!) invidente morte e vivis eripitur. Magna quidem, nec satis unquam deflenda Anatomicæ scientiæ jactura! Verumtamen in tanto salutaris artis detrimento lætandum saltem, quod superstitibus Mascagnii operibus editis, atque his Tabulis ineditis, non omnis interiit vir ille summus, sed Italiæ gloriæ, Anatomes incremento, rei publicæ bono, maxima pars ejus vitavit Libitinam.

En itaque, ceu miserandi naufragii pretiosæ reliquiæ, Mascagnii Tabulæ universam Anatomiam complectentes, quas Auctor ipse ad calcem quidem perduxerat, sed quas ingruente morte, neque ipse edidit, neque opportunis explicationibus ditare potuit (7). Hinc gravissimum curarum nostrarum pondus, hinc in iis edendis maximum onus, validioribus quoque humeris formidandum, quod utilitate publica, amici

(7) Causam præcipuam ob quam magnum hoc opus vivo Auctore non prodiit, illam fuisse novimus, quia ipse eo quo pollebat ingenio non desperabat, fore ut singularem methodum invenire posset, qua solæ impressionis ope, ac proinde plane rejecto penicilli adiumento, figuræ omnes naturalibus coloribus distinguerentur. Laudabile quidem votum, sed nimis fortasse precox. Nos itaque tanta fiducia minime freti, auspicatum Auctoris consilium ita infleximus, ut tantum miniata exemplaria exhiberemus, coloribus nempe impressa, et penicillo absoluta, quorum specimen jam dedimus, humani capitis figura publice proposita.

et collegæ gloria, Italiæ totius, ac præsertim Etruriæ nostræ decore suadentibus, prompto quidem animo, sed pene formidolose suscepimus.

Deficientibus etenim Auctoris ipsius explicationibus, necesse omnino fuit, ad eas integra fide supplendas, illud præstare, quod in Eustachii et Santorini Tabulis illustrandis jamdiu præstiterant Lancisius, Albinus, et Girardus: novas videlicet sectiones adornare, novos apparatus instituere, novas indagines instaurare, cuncta denique iteratæ cum sectis cadaveribus comparationi ita subiicere, ut quemadmodum anxia cadaverum ipsorum inquisitio Tabularum confectioni præluxerat, ita nova eorum investigatio accuratis explicationibus auxiliaretur.

Ut igitur suscepti Operis ratio constet, illud non omittendum, magnæ hujus Anatomiæ præcipuum finem, primumque scopum in eo maxime consistere, ut usui et utilitati practicæ potissime inserviat, elementariis adolescentibus in ipso tirocinii aditu non valde profutura. Cum enim in exponendis humani corporis partibus ita per diversa strata a cute ad sceletum progrediatur, ut nil unquam omittat, quo partium ipsarum integram complexionem exhibeat, facile concedimus, methodum hanc non satis exercitato tironum intellectui nimii fortasse oneris esse posse. Verum si non de addiscendis Anatomicæ scientiæ elementis, sed de Medica vel Chirurgica arte exercenda res sit, neminem sane inficias iturum confidimus, maximam profecto futuram esse methodi hujus utilitatem, cujus ope sive agatur de morbi sede perspicaci judicio statuenda, sive de remediis maturo consilio applicandis, sive de *operationibus,* ut ajunt, secura manu peragendis, integra singularum partium compago, elementa omnia, quibus ipsa constat, earumque cum ceteris relationes clare et aperte ob oculos ponuntur, iterum memoriæ exhibentur, distincte repræsentantur, non secus ac si vera humani corporis fabrica intime perspiceretur.

Hac animadversione præmissa, nemo non sentit, quanti facienda sit Mascagnii nostri sedulitas; sed hic minime constitit solertissimi Anatomici cura. Cum enim partes omnes humani corporis, nulla umquam excepta, fidelibus oculis subiicere sibi proposuisset, cumque ex iis plurimæ ordinariam sensuum nostrorum actionem ob summam exilitatem

effugiant penitusque prætergrediantur, opticis subsidiis omnino opus erat, quibus grandiores quodammodo effectæ intuentibus exhiberentur.

Hinc præter magnas Tabulas, quibus conspicuæ humanæ fabricæ partes naturali forma exprimuntur, viginti aliæ (*subsidiarias* appellabimus) quibus optica suppetias ferente, tenuiora quæque apparerent. Hinc amplioribus figuris expressa communis integumenti, adipis, cellularum, musculorum, tendinum, membranarum, ligamentorum, ossium elementa prima, quæ nudis oculis inspicienti vix extenuati fili perexilem imaginem præbere possunt.

Hæc de Tabulis illis, quas *subsidiarias* diximus (8): sed ut ad primarias redeamus, quibus magnum Anatomicum opus conficitur, non inopportunum videri poterit pauca repetere quæ Prospectu edito jam prænunciavimus (9), eas scilicet numero XLIV. communi integumento detracto, totam humani corporis fabricam per tria strata ita repræsentare, ut postremo loco perveniant ad sceletum.

Strato quoquo adulti hominis figura exhibetur naturali magnitudine expressa, ideoque tribus Etruscis mensuris vulgo *braccia*, sive quinque pedibus totidemque pollicibus Parisiensibus respondens. Senis Tabulis, quas commode aptare licet, figura quæque concluditur, adversa et aversa facie conspicienda.

Sed cum duabus hisce tantummodo humani corporis positionibus partes nonnullæ vel omnino laterent, vel septuose nimis, vel saltem non satis perspicue exhiberentur, hinc huic quoque defectui occurrens solertissimus Auctor, Tabulis aliis partes illas speciatim expressit, ac singulari plane cura ob oculos posuit.

Has sequuntur accuratissimæ Splanchnologiæ Tabulæ, quibus viscera omnia tribus cavis contenta in aperta luce collocantur, nec non Tabulæ aliæ, quarum ope spinalis medulla, nervi, eorumque sive ganglia,

(8) Videsis interim Prodromum italice editum Florentiæ anno 1819, quem, ad eam partem quod attinet, quæ viginti hisce Tabulis explicandis inservit, latine recudi curabimus; siquidem certo scimus, partem hanc Mascagnium ipsum Auctorem revera habuisse.

(9) Vid. Oper. Prospect. edit. prid. Kalend. Iul. an. 1822.

sive propagines, omnia denique organa variis diversisque humanæ vitæ functionibus inservientia, tamquam e tenebris eruta, facili negotio perspicienda se præbent.

Quadraginta quatuor hasce Tabulas pari numero comitantur Tabulæ aliæ, quas Antitypas dicimus, vulgo *Controtavole*, ideo lineari ductu solummodo expressæ, quo facilius archetypæ nulla nota maculatæ, secus ac minus opportune fecerunt Vesalius, Eustachius, aliique, necessariis explicationibus subjicerentur. Et has quoque nobis cordi fuisset, nullo diversarum partium adjuncto nomine prægravare, Albini exemplum hac in re secuturi; sed quia Auctori placuit partes quasdam nominibus, ceteras literis aut numeris indicare, ideo nos quoque in hoc ipsum consilium libenter descendimus, minime desperantes, quin sobria nominum quorumdam appositio, faciliorem explicationum intellectum interdum juvare possit. Dum itaque Auctoris propositum aliquatenus immutare peropportunum rati sumus, speciales figuras ab integris abstrahendo (10), ita fidei nostræ prorsus esse duximus, in nominibus ipsis plane servandis, Auctoris ipsius consilium religiose sectari.

Iam vero, totius Operis summa in speculo veluti exhibita, ejus amplitudine ostensa, magnitudine perspecta, explicationum difficultate animadversa, quæ iteratam cadaverum inspectionem perpetuo expostulant, mirabitur fortasse nemo si ad tantæ molis absolutionem novem annorum inducias postulaverimus. Quod si quis mirari velit, cogitet prius, in Eustachii Tabulis explicandis magnam vitæ suæ partem insumpsisse Lancisium, ac fere integri sæculi quadrantem solertissimum Albinum, et hinc Tabulis illis cum Mascagnii Opere collatis, de cunctatione nostra judicium proferat. Quin etiam ultro fateri libet, ne cunctationem quidem hanc publicæ expectationi votisque nostris umquam satis esse potuisse, nisi duo eximii, accuratissimi, peritissimique Mascagnii alumni, Hieronymus nempe Griphonius, et Antonius Serantonius, qui tanto Institutore jure meritoque gloriantur, adjutrices

(10) Vid. Oper. Prospect. supr. cit.

manus, eo quo pollent erga Præceptorem grati animi affectu, nobis præbuissent (11).

Primus etenim in Senensi Academia Sector exercitatissimus, intimus olim Mascagnii amicus, studiorum ipsius comes, observationum testis, eique per septem integros annos a sectionibus, summæ peritiæ, diligentiæ, curæ specimen luculentissimum jam exhibuit, septima viscerum Tabula, quæ difficultate maxima ceteras antecellit, numeris omnibus absoluta, scite perfecta, perspicuisque explicationibus illustrata.

Alter, delineandi et scalpendi arte excellentissimus, per quatuordecim annos, Mascagnio duce, in re Anatomica versatus, quantum in re ipsa valeat publice ostendit, duabus statuis cera elaboratis, quarum opificium, quarumque structura in partes vel minimas facile dividua iterumque coagmentanda, et nostrates et exteros ad magnam admirationem traduxit.

Hisce præmissis, ut propositi nostri plenissima ratio constet, illud denique non omittendum censemus, in magnis Tabulis, de quibus hactenus verba fecimus, parum profecto contineri, quod ad universum Lymphaticum systema cutaneum pertineat, tum quia, ut ajebat Mascagnius ipse, cujus judicio nos quoque ea qua par est reverentia acquievimus, Lymphatica vasa mercurio repleta, ceterarum partium externarum perspicuitati nonnumquam officerent, tum præsertim quia post editum de vasis illis peculiare idemque plenissimum opus, inutile plane fuisset, eadem ipsa quæ clare et aperte ibi perspicere licet, huic quoque Operi iterum inserere, non secus ac si repetita crambe fastidiose nimis apponeretur.

Hæc de tanti Operis ordine, scopo, utilitate dicta sufficiant. Cetera singularibus explicationibus data opera reservamus, in quibus elaborandis nulla umquam cura nostra deficiet, ne Operis ipsius excellentiam culpa inexcusabili quodammodo detrivisse videamur.

(11) Vid. Prospect. de quo supra.

AD UNIVERSAM
PAULI MASCAGNII
ANATOMIAM
ILLUSTRATIONES ET EXPLICATIONES

AD UNIVERSAM
PAULI MASCAGNII
ANATOMIAM
ILLUSTRATIONES ET EXPLICATIONES

Ad universam Pauli Mascagnii Anatomiam illustrationes et explicationes aggressuri, illud in primis monere peropportunum censemus, Figuras omnes, quas integras damus, ita a Clarissimo Auctore divisas fuisse, ut diversis humani corporis *Regionibus* accurate distinctis, cuncta ad illas pertinentia, communi integumento detracto, intuentibus exhiberentur.

En itaque ipsarum series Arabicis numeris opportune discreta.

1. Regio antica et lateralis calvariae.
2. « antica et lateralis faciei.
3. « antica et lateralis cervicis.
4. « antica thoracis.
5. « lateralis thoracis.
6. « antica et lateralis abdominis.
7. « sexualis.
8. « humeralis externa ad laevam, « interna vero ad dexteram.
9. « cubitalis externa ad laevam, interna ad dexteram.
10. Regio manus externa et dorsalis ad laevam; interna sive palmaris una cum digitis ad dexteram: videlicet I. Pollex. II. Indicator. III. Medius. IV. Anularis. V. Auricularis, vel minimus.
11. Regio femoralis antica et externa ad laevam, antica et interna ad dexteram.
12. Regio tibiae antica ad laevam, interna ad dexteram.
13. Regio pedis antica et dorsalis ad laevam, interna una cum digitis ad dexteram: videlicet cum I. II. III. IV. et V.

Illud insuper non omittendum, ad faciliorem figurarum omnium intellectum, varia systemata una cum ipsorum partibus tali pacto disposita fuisse, ut sive literis, sive numeris, quantum fieri poterit, unum ab altero commodissime secernatur. Hinc

Ossa, majusculi romani numeri distinguent: — I. II. III. IV. etc.

Ligamenta, literae grecae majores: — Γ. Λ. Δ. Θ. Ξ. Π. Σ. etc.

Musculos, latinae majores: — A. B. C. D. E. F etc.

Arterias, latinae minusculae, vulgo *corsive:* — *a. b. c. d. e. f.* etc.

Venas, numeri arabici majoris formae: — 1. 2. 3. 4. 5. etc.

Nervos, iidem numeri formae minoris: — 1. 2. 3. 4. 5. etc.

Organa, et Glandulas, latinae literae majusculae, vulgo *corsive:* — *A. B. C. D. E.* etc.

Vasa Lymphatica, latinae minores, vulgo *majuscolette:* — A. B. C. D. E. etc.

CORPORIS HUMANI

FACIE ADVERSA

STRATUM PRIMUM

TABULAE I. II. III.

Totius humani corporis adversam faciem, communi integumento nudatam, exhibet Figura prima: et hinc uno intuitu conspicienda se praebent arteriarum, nervorumque systemata, ab imis ad superficiem assurgentia, systema venarum a superficie ad penitiora pergens, nec non illa musculorum pars, qua primum Stratum conficitur.

OSSA

I. Portio apophysis zygomaticae ossis temporalis.

II. Condylus sinister maxillae inferioris, ejusdemque

III. Maxillae parva portio.

IV. Dimidium ossis hyoidis.

V. Claviculae portio.

VI. Condylus internus humeri ad dexteram, ejusdemque

VII. Condylus externus ad laevam.

VIII. Capitulum ulnae ad dexteram.

IX. Olecranus ad dexteram, et laevam.

X. Superior et antica pars cristae ossis ilei.

XI. Rotula, quae et patella dicitur.

XII. Condylus internus femoris ad dexteram.

XIII. Condylus internus tibiae ad dexteram.

XIV. Interna facies tibiae ad dexteram.

XV. Spina antica ejusdem ad laevam.

XVI. Malleoli interni tibiae.

XVII. Portio extremi inferioris fibulae, ejusque externus malleolus.

LIGAMENTA

Γ. Ligamen carpo-palmaris ad dexteram.

Λ. Anulus ligamentosus, qui retinet tendines musculorum supinatoris et radialis ad dexteram.

Δ. Anulus ligamentosus, qui retinet tendines musculorum digitos flectentium ad dexteram.

Θ. Ligamenta crucialis digitorum ad dexteram, et pollicis ad laevam.

Ξ. Ligamenta antica, et inferiora rotulae.

Π. —— cruciata superficialis, vel tibio-tharsea pedis ad laevam.

Σ. Portio expansionis plantaris internae pedis dexteri.

MUSCULI

MUSCULI REGIONIS ANTICAE ET LATERALIS CALVARIAE

A. Musculus occipitalis.

B. Epicranium.

C. Musculi frontales. Horum insertio in epicranio.

D. Musculus aurem attollens.

E. Musculus anticus auris.

MUSCULI FACIALES

MUSCULUS ORBICULARIS PALPEBRARUM

A. Hujus origo ab angulo interno oculi.

B. Orbitalis portio.

C. Portio palpebralis.

MUSCULUS ELEVATOR LABII SUPERIORIS ATQUE PINNAE NASI

D. Hujus origo ab apophysi ascendente ossis maxillaris superioris.

E. Ejusdem portio alae nasi.

F. Portio labii superioris.

G. Musculus compressor narium, sive transversalis.

MUSCULUS DEPRESSOR ALAE NASI, MYRTIFORMIS NUNCUPATUS

H. Locus ubi se inserit in septum cartilagineum; et

I. Hinc in nasi pinnas.

MUSCULUS ELEVATOR PROPRIUS LABII SUPERIORIS

K. Hujus origo ab osse maxillari; et

L. Inde se inserit in labium superius.

MUSCULUS ELEVATOR ANGULI LABIORUM

M. Hujus origo in fossa canina.

MUSCULUS DEPRESSOR ANGULI LABIORUM, SIVE TRIANGULARIS

N. Hujus origo a margine externo maxillae inferioris; inde

O. Se inserit in labiorum angulum.

P. Musculus orbicularis labiorum.

MUSCULUS ZYGOMATICUS MINOR, QUI NON IN OMNIBUS HOMINIBUS

Q. Hujus origo ab osse zygomatico; inde

R. Se inserit in labium superius.

MUSCULUS ZYGOMATICUS MAJOR

S. Origo ab arcu zygomatico; inde

T. Se inserit in labium superius.

MUSCULUS QUADRATUS MENTI, SIVE DEPRESSOR LABII INFERIORIS

U. Hujus origo maxillaris.

MUSCULUS ELEVATOR MENTI, SIVE MENTILEMNISCUS

V. Hujus origo a fossa, quae in medio est maxillae inferioris.

W. Musculus buccinator.

X. —— masseter.

MUSCULI REGIONIS ANTICAE ET LATERALIS COLLI

MUSCULUS CUCULLARIS

A. Hujus origo a spina superiori occipitis; et inde

B. Insertio in marginem superiorem claviculae.

MUSCULUS STERNO-CLEIDO-MASTOIDEUS

C. Oritur a processu mastoideo; et hinc

D. In sternum se inserit; indeque

E. —— in claviculam.

F. Musculus complexus major.

G. —— splenius capitis et colli.

H. —— elevator scapulae.

I. —— scalenus anticus.

K. Musculus omoplatahyoideus.

L. —— sternohyoideus.

M. —— biventer, vel digastricus.

N. —— stylohyoideus.

O. —— mylohyoideus.

P. —— sternothyroideus.

MUSCULI REGIONIS ANTICAE THORACIS

MUSCULUS PECTORALIS MAJOR

A. Origo clavicularis.

B. —— sternalis.

C. —— costalis; et inde

D. In humerum se inserit.

MUSCULI REGIONIS LATERALIS THORACIS

MUSCULUS SERRATUS MAJOR

A. B. C. D. E. Hujus externae digitationes, quibus se inserit in costas.

MUSCULUS LATISSIMUS DORSI AD DEXTERAM ET LAEVAM

F. Hujus inferior portio.

G. Pars, qua se inserit in humerum.

MUSCULI REGIONIS ABDOMINALIS

MUSCULUS OBLIQUUS EXTERNUS, SEU MAJOR ABDOMINIS

A. B. C. D. E. Parvae linguae, vel digitationes costales ejusdem.

F. Linea alba ab eodem efformata super umbilicum.

G. Umbilicus.

H. Linea alba subter umbilicum.

I. Anulus inguinalis.

K. Ligamentum Fallopii; inde

L. Se inserit in cristam ossis ilei.

MUSCULI RECTI ABDOMINALES

M. N. O. P. Insertiones quatuor tendinosae transversae.

Q. Insertio in cartilagines costales.

MUSCULUS PYRAMIDALIS

R. Hujus ortus a pubis osse.

S. Insertio in lineam albam.

T. Musculi cremasteres.

MUSCULI REGIONIS HUMERALIS

MUSCULUS DELTOIDES

A. Origo clavicularis.

B. —— acromialis.

C. Insertio humeralis.

MUSCULUS BICEPS

D. Extremum longum anticum, vel glenoidale.

E. Extremum breve posticum, vel coracoideum.
F. Tendo, quo se inserit in os radii.

MUSCULUS RADIALIS INTERNUS

G. Origo e medio humeri.
H. ——— ab externo margine ejusdem ossis.
I. Pars proxima ejusdem insertionis.

MUSCULUS TRICEPS

K. Extremum longum.
L. ——— medium, quod ad laevam tantum conspicitur.
M. Extremum breve, quod ad dexteram tantum intuitur.
N. Insertio in olecrano.
O. Portio musculi rotundi majoris ad dexteram.

MUSCULI REGIONIS CUBITALIS POSTERIORIS SIVE EXTERNAE AD LAEVAM

MUSCULUS SUPINATOR LONGUS

A. Origo humeralis ad laevam.
B. Insertio radialis ad dexteram.

MUSCULUS TIBIALIS EXTERNUS LONGUS AD LAEVAM

C. Origo humeralis.
D. Insertio in dorsali facie metacarpi digiti indicatoris.

MUSCULUS RADIALIS EXTERNUS BREVIS

E. Portio ejusdem.

MUSCULUS EXTENSOR COMMUNIS DIGITORUM

F. Hujus origo a condylo externo humeri, ejusque in tot tendines divisio, dum dorsum manus petit, quot sunt digiti ab isto movendi: videlicet
G. Tendo qui ad digitum indicatorem, ejusque insertio in ultimam phalangem.
H. Alter qui ad digitum medium.
I. Tendo qui ad anularem digitum.
K. Ultimus qui ad minimum.

MUSCULUS EXTENSOR PROPRIUS DIGITI MINIMI

L. In medio cubiti conspiciendum se praebet; et hinc
M. Se inserit in ultimam phalangem digiti minimi.

MUSCULUS CUBITALIS EXTERNUS

N. Origo a tubere externo humeri; hinc
O. Se inserit in quintum os metacarpi.

MUSCULUS ANCONEUS

P. Origo a margine externo, vel superiori ossis cubiti; et hinc
Q. Se inserit in condylum externum humeri.

MUSCULUS ABDUCTOR LONGUS POLLICIS

R. Hic se ostendit; et hinc
S. —— dextrorsum se inserit in metacarpum pollicis.

MUSCULUS EXTENSOR BREVIS POLLICIS

T. Hic superficialis evadit; et inde
U. Se inserit in ultimam phalangem pollicis.

MUSCULUS EXTENSOR LONGUS POLLICIS

V. Hic subcutaneus; et inde
W. Pariter se inserit in ultimam phalangem.

MUSCULUS EXTENSOR PROPRIUS DIGITI INDICIS

X. Hujus tendo.

MUSCULI REGIONIS ANTIBRACHII AD DEXTERAM

MUSCULUS PRONATOR ROTUNDUS

A. A. Hujus origo a tubere interno humeri.

MUSCULUS RADIALIS INTERNUS

B. B. Origo a tubere interno humeri, a quo tendinis principium.

MUSCULUS PALMARIS LONGUS, SIVE GRACILIS

C. C. Origo a condylo interno humeri; et inde
D. D. Se inserit in ligamentum carpo-palmare.

MUSCULUS ULNARIS INTERNUS

E. E. Origo a condylo interno humeri.
F. F. ——— a parte olecrani.
G. G. Insertio in os pisiforme.

MUSCULUS FLEXOR SUBLIMIS, ET PERFORATUS

H. H. Hic superficialis evadit, et tendines hinc ab ipso producti in volam manus.
I. I. Tendo qui ad digitum indicem.
K. K. ——— ad medium.
L. L. ——— ad anularem.
M. M. ——— ad minimum. Hi se inserunt in secundam phalangem eorumdem digitorum, detenti a ligaminibus anularibus, et crucialibus.

MUSCULUS FLEXOR POLLICIS

N. N. Locus ubi conspicitur; et inde
O. O. Se inserit in ultimam pollicis phalangem.

P. P. Musculus pronator quadratus.

MUSCULI DORSI MANUS AD LAEVAM

MUSCULUS ABDUCTOR DIGITI INDICATORIS

A. Locus ubi se praebet.

MUSCULUS ABDUCTOR DIGITI MINIMI

B. Origo ab osse pisiformi et a ligamento carpo-palmari, ad dexteram, et ad laevam.

C. Se inserit in primam phalangem digiti minimi.

MUSCULI INTEROSSEI DORSALES TRES: VIDELICET

D. Primus,

E. Secundus, et

F. Tertius.

MUSCULI REGIONIS PALMARIS MANUS AD DEXTERAM

MUSCULUS ABDUCTOR BREVIS POLLICIS

G. Prominentiam Thenarem ex parte format; originem autem habet ab osse scaphoide, et ligamento carpo-palmari; inde

H. Se inserit in externam partem primae phalangis.

MUSCULUS FLEXOR BREVIS POLLICIS

I. Locus ubi se praebet.

MUSCULUS FLEXOR BREVIS DIGITI MINIMI

K. Locus ubi conspiciendus.

MUSCULI LUMBRICALES QUATUOR, SIVE

L. M. N. O. Loca ubi conspiciuntur.

MUSCULI REGIONIS FEMORALIS ANTICAE

MUSCULUS TENSOR VAGINAE FEMORIS AD LAEVAM

A. Origo ab externa et antica facie cristae iliacae; et inde

B. Se inserit in condylum externum tibiae.

MUSCULUS SARTORIUS

C. Origo a spina antica superiori cristae iliacae; et inde

D. Se inserit in spinam anticam tibialem.

MUSCULUS ILIACUS INTERNUS

E. Portio ejusdem.

MUSCULUS PECTINEUS AD LAEVAM

F. Origo a scabritie superiori ossis pubis.

MUSCULUS ABDUCTOR LONGUS AD LAEVAM

G. Portio ejusdem quae conspicitur.

MUSCULUS ABDUCTOR MAGNUS

H. Ejusdem portio.

MUSCULUS GRACILIS, SIVE RECTUS INTERNUS

I. Ejusdem portio.

K. Insertio in spinam anticam tibialem.

MUSCULUS RECTUS ANTICUS CRURIS

L. Pars superior; qui inde

M. Se inserit in rotulam.

MUSCULUS GLUTEUS MEDIUS AD LAEVAM

N. Ejusdem portio.

MUSCULUS VASTUS EXTERNUS

O. Pars superior, quae ostenditur; ejusdemque

P. Locus ubi se inserit in marginem externum superiorem rotulae.

MUSCULUS VASTUS INTERNUS

Q. Ejusdem portio.

R. Se inserit in marginem internum superiorem rotulae.

MUSCULUS SEMIMEMBRANOSUS AD DEXTERAM

S. Portio inferior ejusdem; inde

T. Se inserit in condylum internum tibiae.

MUSCULUS BICEPS CRURIS AD LAEVAM

U. Portio inferior ejusdem; qui inde

V. Se inserit in capitulum fibulae.

MUSCULI REGIONIS TIBIALIS ANTERIORIS AD LAEVAM, ET INTERNAE AD DEXTERAM

MUSCULI GEMELLI

A. Pars interna musculi gemelli.

B. — ejusdem externa ad laevam.

IDEM AD DEXTERAM

C. Ventris hujusdem musculi particula.

D. Locus ubi in tendinem Achillis abit, et Soleo conjungitur.

E. Insertio in os calcanei.

MUSCULUS SOLEUS

F. Portiuncula ejusdem.

MUSCULI PERONEI LONGI AD LAEVAM

G. Hic plerumque se offert.

MUSCULI PERONEI BREVIS AD LAEVAM

H. Pars visibilis.

MUSCULI PERONEI TERTII AD LAEVAM

I. Origo a spina antica atque inferiori fibulae.

K. Insertio in ultimum metatarsum digiti minimi.

MUSCULUS EXTENSOR LONGUS DIGITORUM PEDIS AD LAEVAM

L. Origo a tubere externo tibiae, et a facie interna fibulae; inde vero

M. N. O. P. Se inserit in ultimas phalanges quatuor digitorum minorum.

MUSCULUS EXTENSOR POLLICIS AD LAEVAM

Q. Portio quae conspicitur dum superficialis evadit.

R. Tendo et insertio ejusdem in ultimam pollicis phalangem.

MUSCULUS TIBIALIS ANTICUS AD LAEVAM

S. Oritur sinistrorsum a facie superiori et externa tibiae; et hinc

T. Se inserit dextrorsum in os cuneiforme majus.

MUSCULUS FLEXOR LONGUS DIGITORUM

U. Pars inferior.

MUSCULUS TIBIALIS POSTICUS AD LAEVAM

V. Pars inferior tendinea ejusdem.

MUSCULI REGIONIS DORSALIS PEDIS AD LAEVAM, ET INTERNAE AD DEXTERAM

MUSCULUS EXTENSOR BREVIS DIGITORUM AD LAEVAM

A. Ejusdem portio.

MUSCULI QUATUOR DORSALES INTEROSSEI AD LAEVAM, QUORUM CONSPICITUR

B. Portio primi,
C. —— secundi,
D. —— tertii,
E. —— quarti.

MUSCULUS ABDUCTOR POLLICIS AD DEXTERAM

F. Origo a postica interna et inferiori parte calcanei, atque a ligamento, quod tibiam calcaneo alligat; et hinc

G. Se inserit in internam et inferiorem partem primae phalangis.

ORGANA ET VISCERA

A. Pars antica Oculi.
B. — lateralis Nasi.
C. — lateralis hiatus Oris.
D. Auris externa proprio velamine induta.
E. Parotis sinistra, ductusque Stenonianus.
F. Pars glandulae submaxillaris.
G. Tracheae portio.
H. Virilia.
I. Mentula.
K. Testes.

ARTERIAE

ARTERIAE REGIONIS ANTICAE ET LATERALIS CALVARIAE

ARTERIAE SUBCUTANEAE EJUSDEM

ARTERIA TEMPORALIS AB EXTERNA CAROTIDE PROCEDENS

a. Truncus praecipuus.
b. Ramus, qui pergit ad articulationem glenoidalem maxillae inferioris.
c. Ramus auricularis anticus.
d. —— qui ad partem superiorem et lateralem genae.
e. Ramus transversus faciei.
f. g. Rami auriculares superiores.
h. i. k. Rami, qui ad posticam vel occipitalem calvariae partem.
l. m. n. o. p. q. r. s. Rami temporales medii vel superiores ejusdem partis.
t. u. v. x. Rami antici frontales ejusdem.

ARTERIA OCCIPITALIS AB EADEM CAROTIDE EXTERNA

a. Truncus praecipuus ejusdem.
b. c. d. e. Rami occipitales ab eadem provenientes.

ARTERIA FRONTALIS, SIVE ANGULARIS INTERNA OCULI

a. Truncus praecipuus, et anastomosis cum arteria faciali.
b. Ramus frontalis.
c. —— palpebralis superior internus.
d. —— nasalis superior.

ARTERIAE SUBCUTANEAE REGIONIS ANTICAE ET LATERALIS FACIEI

ARTERIA FACIALIS AB EADEM EXTERNA CAROTIDE PROCEDENS

a. Truncus praecipuus ejusdem.
b. c. d. Rami maxillares inferiores.
e. Ramus facialis profundus, sive rami praecipui continuatio.
f. Ramus coronarius profundus inferior.
g. —— massetericus externus, vel superficialis.
h. Ramus coronarius profundus superior.
i k. Continuatio rami facialis per genam.
l. Ramus palpebralis externus.
m. n. Rami labiales superiores superficiales.
o. p. — labiales inferiores superficiales.

ARTERIAE FACIALES ET SUBORBITALES CONJUNCTAE, PER FACIEM DECURRENTES

a. Truncus praecipuus.

b. Ramus angularis labialis superior.

c. d. Rami nasales inferiores.

e. f. g. Rami palpebrales inferiores.

ARTERIAE REGIONIS ANTICAE ET LATERALIS COLLI

ARTERIAE SUBCUTANEAE EJUSDEM

AB. Arteria carotis externa, et locus ubi in conspectum venit.

ARTERIA TYROIDEA SUPERFICIALIS, A CAROTIDE EXTERNA PROCEDENS

a. Truncus e loco unde discedit.

b. c. Rami ejusdem, qui ad lateralem et superiorem partem cervicis.

d. Ramus, qui ad lateralem et posticam partem ejusdem.

e. Ramus excisus, qui ad easdem partes super os hyoide pergit.

ARTERIA CERVICALIS SUPERFICIALIS, A SUBCLAVICULARI SINISTRA PROCEDENS

a. Truncus praecipuus in parte inferiori et laterali cervicis.

b. c. d. Rami postici inferiores cervicales.

e. f. g. —— cervicales antici superiores.

ARTERIA SUBTERCLAVICULARIS ANTICA SUPERIOR AD DEXTERAM, A SUBCLAVICULARI

a. Truncus praecipuus ab egressu.

b Ramus ejusdem arteriae, qui specialem egressum anterius habet.

c. Ramus per anastomosin junctus cum thoracicis superioribus.

d. Alius ramus ejusdem arteriae, qui distincte oritur, et egreditur inter fines musculi deltoidis et pectoralis majoris.

e. f. g. h. i. Rami suborientes, qui ad summitatem humeri.

k. l. Progressus ad laevam earumdem propaginum, deltoidem inter et pectoralem.

ARTERIAE REGIONIS HUMERALIS INTERNAE AD DEXTERAM

ARTERIAE SUBCUTANEAE ET PROFUNDAE EJUSDEM ARTERIAE HUMERALIS

a. b. Truncus praecipuus ejusdem, in medio humeri visibilis.

c. Locus ubi inter cubiti flexionem penitiora petit.

ARTERIA CIRCUMFLEXA HUMERALIS POSTICA, AB AXILLARI PROCEDENS

a. Truncus praecipuus ejusdem.

ARTERIAE THORACICAE SUBCUTANEAE EJUSDEM

b. c. d. – b. c. d. Rami thoracici laterales superficiales juxta externum marginem musculi pectoralis majoris, et latissimi dorsi.

e. f. Rami humerales ejusdem arteriae circumflexae, ad posticam et internam partem humeri.

ARTERIA COLLATERALIS INTERNA, AB HUMERALI

g. Hujus truncus praecipuus.

h. Ramus superficialis, qui ad internam faciem humeri.

i. Truncus alius, qui distincte egreditur.

k. l. m. n. o. p. Rami ab isto procedentes secus internam partem humeri.

ARTERIA RECURRENS ULNARIS INTERNA, SEU ARTICULARIS SUPERIOR, AB HUMERALI INFERIUS PROCEDENS

q. Truncus condyleus internus ab egressu.

r. Ramus ascendens, qui inde procedit.

s. Truncus alius condyleus internus, a quo

t. u. Ramos descendentes.

ARTERIAE REGIONIS CUBITALIS

ARTERIAE SUBCUTANEAE ET PROFUNDAE HUJUS REGIONIS

ARTERIA RECURRENS INFERIOR INTERNA, AB ULNARI

v. Truncus praecipuus ejusdem, quique proveniunt

x. y. z. Rami adscendentes atque descendentes.

a. b. Rami subcutanei arteriae ulnaris, secus marginem hujus ossis.

c. d. e. f. g. h. Ramusculi subcutanei superiores, a radiali arteria emissi secus marginem ipsius ossis.

ARTERIA ULNARIS, AB HUMERALI IN FLEXIONE CUBITI

a. Truncus praecipuus, qui in tertia inferiori parte antibrachii conspicitur.

b. Ramus superficialis, qui sursum vertitur, ut cum superioribus anastomosi jungatur.

ARTERIA RADIALIS IN FLEXIONE CUBITI, QUAE AB HUMERALI

a. Truncus praecipuus, qui in tertia inferiori parte antibrachii conspicitur.

b. Ramus superficialis, qui sursum vertitur, ut cum supernis anastomosin iniat.

c. d. e. Rami subcutanei, qui ad inferiorem marginem radialis ossis pergunt.

ARTERIAE REGIONIS PALMARIS ET DIGITALIS MANUS DEXTERAE

ARTERIAE PALMARES, PROCEDENTES A PROPAGINIBUS ARTERIAE ULNARIS ET RADIALIS

ARTERIA PALMARIS-ULNARIS, EJUSQUE SUPERFICIALIS ARCUS

a. Ramus carpo-palmaris subcutaneus.

b. —— qui prominentiam hypothenarem petit.

c. d. Rami palmares coeuntes, ab ulnaribus et radialibus.

e. Truncus primus, qui ab arcu palmari secedit.

f. g. h Ramus digitalis, qui a margine ulnari ad apicem digiti minimi ascendit.

i. k. Truncus alter ejusdem arcus palmaris, ejusque divisio.

l. m. Ramus digitalis, qui ad marginem radialem digiti minimi.

n. o. p. Ramus digitalis, decurrens secus ulnarem marginem anularis digiti.

q. r. s. Truncus tertius, ab arcu arteriae palmaris superficialis.

t. Ejusdem trunci in duos ramos divisio.

u. v. x. Ramus digitalis, qui ad marginem radialem anularis digiti.

y. a. b. c. Ramus digitalis, qui ad ulnarem marginem digiti medii.

d. Truncus quartus ab eodem arcu procedens, ejusque divisio.

e. Ramus palmaris superior.

f. g. h. i. Ramus digitalis, qui ad marginem radialem digiti medii.

k. l. m. n. Ramus digitalis, qui ad marginem ulnarem digiti indicatoris.

ARTERIA RADIALIS IN VOLA MANUS, EJUSQUE PROPAGINES

a. Truncus praecipuus superficialis ejusdem.

b. c. Rami anastomotici cum palmari-ulnari.

d. e. Rami subcutanei, qui ad prominentiam thenarem.

f. Ramus anastomoticus arteriae radialis palmaris cum radiali dorsali.

g. Duos hic mittit ramos, secus marginem radialem digiti indicatoris decurrentes.

h. i. k. Ramus digitalis internus, qui ad marginem radialem indicatoris.

l. Ramus digitalis dorsalis ad eumdem digitum.

m. Truncus digiti pollicis.

n. o. Ramus digitalis secus marginem ulnarem pollicis.

a. Truncus alius palmaris ad eamdem arteriam pertinens, e dorsali parte procedens.

b. Ramus superficialis, qui ad prominentiam thenarem.

c. d. e. Ramus digitalis, qui ad marginem radialem pollicis.

ARTERIAE REGIONIS HUMERALIS AD LAEVAM

ARTERIAE SUBCUTANEAE EJUSDEM REGIONIS

ARTERIA CIRCUMFLEXA POSTICA HUMERALIS, AB AXILLARI PROCEDENS

a. b. c. d. Ramusculi ejusdem super et secus marginem inferiorem posticum musculi deltoidis decurrentes.

ARTERIA CIRCUMFLEXA ANTICA, AB AXILLARI

e. f. g. h. i. Ramusculi ejusdem super musculum deltoidem, et secus externam faciem bicipitis.

ARTERIA COLLATERALIS SUBCUTANEA EXTERNA, SEU RADIALIS, AB HUMERALI

k. Truncus praecipuus ab egressu circa tertiam inferiorem humeri partem.

l. Ramus adscendens humeralis ejusdem trunci.

m. Ramus humeralis medius.

n. o. p. Rami humerales descendentes, ab eodem trunco.

ARTERIA COLLATERALIS INTERNA, AB HUMERALI

q. r. s. t. Ramusculi subcutanei ejusdem, secus marginem externum bicipitis repentes.

ARTERIAE REGIONIS CUBITALIS

ARTERIA INTEROSSEA SUPERIOR SEU EXTERNA AB ULNARI PROCEDENS

v. x. y. z. Ramusculi cubitales superiores ejusdem.

a. b. c Rami alii cubitales medii ejusdem arteriae.

d. e. f. Ramusculi cubitales inferiores.

g. Ramusculus cubitalis inferior, ad ulnarem pertinens.

ARTERIA INTEROSSEA PROFUNDA, AB ULNARI

h. i. k. l. Ramusculi subcutanei cubitales ejusdem, qui ad inferiorem antibrachii partem.

ARTERIAE SUBCUTANEAE REGIONIS DORSALIS MANUS

ARTERIAE DORSALES, A RADIALI ATQUE ULNARI PROCEDENTES

PROPAGINES ARTERIAE ULNARIS PER MANUS DORSUM REPENTES

m. n. o. Ramusculi, qui ad manus dorsum, et ad digitum minimum secus marginem ulnarem.

p. Ramus digitalis a radiali, anularem et minimum digitum petens.

q. Ramus ejusdem arteriae, qui ad manus dorsum pergit.

r. Ramus digitalis, qui ad anularem et medium.

ARTERIA RADIALIS DORSUM MANUS IRRETIENS

s. Ramus digitalis ejusdem, qui ad medium et indicatorem digitum.

t. Ramus carpeus transversus superficialis.

u. Ramus dorsalis, et digitalis, qui ad pollicem et ad indicatorem digitum.

v. Locus ubi truncus praecipuus radialis arteriae, dorsalis nomine distinguitur.

x. Truncus praeciputis, qui arcum palmarem profundum efficit.

y. z. Rami digitales, qui ad pollicem.

ARTERIAE REGIONIS ANTICAE THORACICAE ET ABDOMINALIS DEXTERAE

ARTERIAE SUBCUTANEAE EJUSDEM

ARTERIA THORACIS ANTICA SUPERIOR, E MAMMARIA INTERNA

a. Truncus praecipuus, musculum pectoralem transfodiens.

b. c. Rami hinc procedentes, et anastomosi coeuntes cum supraclaviculari antica.

RAMI ALII EJUSDEM ARTERIAE THORACICAE ANTICAE, SECUS STERNUM DECURRENTES

d. Truncus praecipuus ab egressu.

e. f. Ramusculi, qui ad anticam et superiorem partem thoracis.

g. Truncus alius praecipuus ab egressu.

h. i. k. Rami ab isto provenientes, qui ad thoracem.

l. Alius truncus praecipuus e loco unde in conspectum venit.

m. Ramusculus ab ipso.

n. o. Trunci minores e precipuis, qui binis distinctis egressibus, per pectoralem majorem repunt; et hinc

p. q. r. s. Ramusculi ad abdomen usque descendentes.

t. Truncus alius thoracicus secus lineae albae principium.

u. Truncus praecipuus ab egressu juxta albam lineam; et hinc

v. x. Rami, qui ad superius abdomen; ad eumdem truncum pertinent

y. z. Ramusculi, qui distincto egressu per abdomen discurrunt.

ARTERIAE SUBCUTANEAE DORSALES, AD INTERCOSTALES AORTICAS PERTINENTES

a. Truncus praecipuus anticus abdominalis, prope primam insertionem musculi recti; et hinc

b. c. Rami abdominales.

d. Truncus alius dorsalis lateralis, quique descendit per abdomen.

e. Ramus.

EADEM ARTERIACA VASA AD LAEVAM THORACIS

ARTERIAE THORACICAE SUBCUTANEAE, SECUS ANTICAM STERNI PARTEM, E MAMMARIA INTERNA SUPERIUS DESCRIPTA, PROCEDENTES

a. Truncus praecipuus, ejusque egressus; hinc

b. c. Rami egredientes.

d. Alter thoracicus truncus in egressu, et

e. f. Surculi ab ipso prosilientes.

g. Exsurgit alius truncus thoracicus sternalis.

h. i. Rami ab ipso procedentes super musculum pectoralem majorem.

k. Ramusculus thoracicus sternalis in egressu.

l. m. n. Ramusculi alii per anticam pectoralis majoris partem, sursum et deorsum repentes.

o. p. Iidem e variis egressibus in abdomine prope lineam albam.

q. Truncus e centro fere musculi pectoralis majoris exsurgens, ad eosdem thoracicos pertinens.

r. s. Rami inferiores ab illo procedentes.

ARTERIAE REGIONIS LATERALIS THORACICAE

ARTERIAE SUBCUTANEAE

ARTERIAE THORACICAE LATERALES SUPERIORES, AB AXILLARI PROCEDENTES

*a** Truncus praecipuus, partem superiorem musculi pectoralis majoris transfodiens.

*b** *c** *d** *e** *f** Rami ab ipso procedentes, qui ad superiorem et externam partem ejusdem musculi, et ad deltoidem pergunt.

*g** Truncus alter thoracicus.

*h** *i** Rami, qui hunc comitantur, a superiori et media pectoris parte.

*k** *k** Ramusculi inferiores ab egressu, eidem usui inservientes.

*l** Truncus alius pectoralis, secus marginem externum et inferiorem musculi pectoralis majoris.

*m** *n** Rami secus marginem inferiorem ejusdem musculi.

ARTERIAE SUBCUTANEAE LATERALES DORSI, AB INTERCOSTALIBUS AORTICIS PROCEDENTES

o. Truncus primus visibilis in cavo axillari.

p. q. Ramusculi super musculum pectoralem repentes.

r. Truncus alter inter digitationes serrati majoris.

s. Tertius earumdem arteriarum truncus, ejusque egressus.

t. Truncus quartus, et hujus egressus.

u. ——— quintus lateralis dorsalis in egressu.

v. Sexti trunci egressus.

x. Truncus septimus lateralis et abdominalis.

y. z. Trunci octavus et nonus antici abdominales, ab iisdem artèriis procedentes.

ARTERIA THORACICA AXILLARIS SUPERFICIALIS

a. Truncus praecipuus, qui e cavo axillari egreditur, et serratum majorem petit, hujusque

b. c. d. e. Ramusculi, qui ad lateralem et superiorem thoracis partem pergunt.

ARTERIAE REGIONIS ABDOMINALIS

ARTERIAE LUMBARES, AB AORTA ABDOMINALI PROCEDENTES

a. b. c. d. e. Harum trunci praecipui, per lateralem et inferiorem partem abdominis repentes.

ARTERIA EPIGASTRICA INTERNA, AB ILIACA EXTERNA PROCEDENS

a. b. c. d. e. f. Hujus rami ad laevam, qui dum partes musculares transfodiunt, in antica et inferiori abdominis facie superficiales evadunt.

EADEM ARTERIACA VASA AD DEXTERAM

g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. Ramusculi distincti, pariter ac superiores incedentes.

ARTERIA CRURALIS

AC. Truncus praecipuus citra ligamentum Fallopii, primique ab ipso suborientes rami.

ARTERIAE ABDOMINALES SUBCUTANEAE, A CRURALI PROCEDENTES

a. Truncus praecipuus prope originem.

b. Rami abdominales antici ab ipso producti.

c. Truncus alius in egressu, ab eadem crurali.

d. e. Rami femorales superiores et abdominales externi ad dexteram.

dd. Ramus femoralis anticus ejusdem, ad crus sinistrum descendens.

ARTERIA CIRCUMFLEXA ILIACA AD LAEVAM ET RAMI INDE PRODUCTI

*a** Hujus parvus truncus, qui in superficie musculi iliaci interni conspicitur.

b c* d** Ramusculi excisi ejusdem, qui ad glandulas lymphaticas inguinales pergunt.

ARTERIA PUDENDA SUPERIOR EXTERNA TAM DEXTERA, QUAM SINISTRA

a. Truncus praecipuus ejusdem, a crurali exoriens.

b. c Ramusculi superficiales, qui ad montem veneris.

d. e. Ramusculi alii, qui ad dorsum penis.

ARTERIAE PUDENDAE MEDIAE ET INFERIORES

f. g. Trunci duo praecipui ad eosdem pertinentes.

h. i. k. l. Rami superficiales egredientes, qui ad erythroidem et dorsum penis.

ARTERIAE INGUINALES, A CRURALI PROCEDENTES

m. Harum rami excisi, qui ad glandulas lymphaticas inguinales, in laeva speciatim conspicui.

ARTERIAE REGIONIS ANTICAE FEMORALIS AD LAEVAM

ARTERIAE SUBCUTANEAE

AD. Arteria cruralis ubi conspiciendam se praebet.

ARTERIA GLUTEA TRANSVERSALIS, AB HYPOGASTRICA PROVENIENS

a. b. c. Hujus parvi trunci, super et secus marginem anticum musculi glutei medii discurrentes.

ARTERIAE FEMORALES SUBCUTANEAE, A CRURALI PROCEDENTES

d. e. f. g. Parvi trunci ejusdem antici superiores, per externam femoris partem repentes.

h. i. k. Trunci alii femorales medii antici in egressibus.

l. m. n. o. Rami femorales inferiores, antici et externi.

ARTERIAE SUBCUTANEAE FEMORALES INTERNAE

p. q. Ramusculi femorales interni, qui ad partem mediam et anticam femoris.

r. s. t. Rami femorales interni, qui per inferiorem et anticam partem ejusdem repunt.

EADEM ARTERIACA VASA AD DEXTERAM

g. h. i. k. Trunci femorales superiores in antica parte.

l. m n. o. p. Rami femorales interni, qui ad anticam et mediam partem ejusdem femoris.

q. r. s. t. Ramusculi femorales interni, qui ad inferiorem et anticam partem.

ARTERIAE REGIONIS INTERNAE GENU ET CRURIS DEXTERAE

ARTERIA ARTICULARIS SUPERIOR INTERNA, A POPLITEA PROVENIENS

u. Truncus superficialis ejusdem.

v. Ramus ab eodem inde enascens, qui ad internam superficiem genu.

x. y. Ramusculi alii ad eamdem arteriam pertinentes, distinctis egressibus.

ARTERIA ARTICULARIS SUPERIOR EXTERNA, AB EADEM POPLITEA EXORIENS

z. Truncus superficialis, qui ad externam genu partem.

ARTERIA ARTICULARIS INTERNA INFERIOR A POPLITEA PROCEDENS

a. Truncus praecipuus superficialis in egressu.

b. c. d. Rami ab ipso exorientes, ut internam genu partem irretiant.

ARTERIA ARTICULARIS INFERIOR EXTERNA, A POPLITEA PROCEDENS

e. f. Pars ramorum rotularium ab hac arteria procedentium, qui ad externam partem genu.

ARTERIA, QUAE SAPHENOS NERVOS COMITATUR, A CRURALI ENASCENS

g. Truncus praecipuus ejusdem, anastomosin initurus cum recurrente tibiali.

h. Truncus recurrens tibiali in egressu.

i. k. l. m. Rami secus saphenos nervos excurrentes.

ARTERIAE SUBCUTANEAE CRURIS, A TIBIALI POSTICA PROCEDENTES

n. Truncus anticus tibialis superior, ubi conspicitur.

o. p. q. Ramusculi hinc procedentes, qui ad anticam superiorem, et internam partem cruris pergunt.

r. s. t. u. Ramusculi alii per anticam et mediam partem cruris repentes.

v. x. y. z. a. b. Parvi trunci in egressibus, qui ad posticam et internam cruris partem.

ARTERIA TIBIALIS POSTICA

Æ. Locus ubi in conspectum venit, prope tertiam inferiorem partem cruris.

c. d. Parvi trunci malleolares interni, ab ipsa hinc producti.

ARTERIAE REGIONIS INTERNAE PEDIS DEXTERI

ARTERIAE SUBCUTANEAE PEDIS AD TIBIALEM POSTICAM PERTINENTES

e. f. g. Trunci calcanei hinc procedentes.

ARTERIA TIBIALIS ANTICA

ÆF. Locus ubi conspicitur in dorso pedis.

a. Truncus praecipuus ejusdem.

b. Ramus dorsalis, qui ad internam pedis partem

c. d. e. f. Ramusculi dorsales, qui ad digitos pergunt.

ARTERIAE REGIONIS ANTICAE ROTULARIS ET CRURIS SINISTRI

ARTERIAE SUBCUTANEAE CRURALES POPLITEAE ET TIBIALES ANTICAE

ARTERIA ARTICULARIS SUPERIOR INTERNA, A POPLITEA

u. v. Nonnullae propagines rotulares anticae ejusdem.

ARTERIA ARTICULARIS INFERIOR INTERNA, A POPLITEA PROCEDENS

w. Portio ramusculorum anticae partis ejusdem.

x. y. z. Ramusculi rotulares antici in egressibus.

ARTERIA ARTICULARIS MEDIA EXTERNA, A POPLITEA DESCENDENS

a. b. c. Parvi trunci, distinctis egressibus, externam et inferiorem genu partem petentes.

ARTERIA ARTICULARIS INFERIOR EXTERNA, A POPLITEA PROVENIENS

d. e. Hujus ramusculi, qui ad ligamentum rotulare pergunt.

f. g. Ramusculi alii ejusdem, qui ad superiorem et externam cruris partem.

ARTERIA RECURRENS ANTICA, A TIBIALI ANTERIORI PROCEDENS

h. Truncus praecipuus in egressu.

i. Ramus, qui saphenos nervos comitatur, ut ad dexteram.

k. l. m. Ramusculi postici secus externum marginem cruris, a poplitea postica superficiali procedentes.

ARTERIAE SUBCUTANEAE CRURIS, AD TIBIALES ANTICAS PERTINENTES

n. o. p. q. Ramusculi secus marginem anticum fibulae decurrentes.

r. s. t. u. Ramusculi ejusdem arteriae, qui ad anticum et internum marginem tibiae.

v. x. Ramusculi malleolares interni superficiales.

y. Ramusculus malleolaris subcutaneus externus.

ARTERIAE REGIONIS PEDIS ET DIGITORUM

ARTERIAE PEDIS ET DIGITORUM, PROCEDENTES A TIBIALI ANTICA ET POSTICA

AG. Arteria tibialis antica.

a. Truncus praecipuus ubi conspiciendum se praebet.

b. Ramus superficialis excisus, qui ad dorsum pedis.

c. Ramus anastomosin iniens cum arteria plantari, inter metatarsum pollicis, et metatarsum secundi digiti, ad tibialem posticam pertinens.

d. Ramus hinc enascens, qui ad externum marginem pollicis.
e. Ramus ejusdem, qui ad internum marginem digiti secundi.
f. Truncus alius dorsalis, ejusque divisio.
g. Ramus ab isto procedens, qui ad marginem externum digiti secundi.
h. Ramus alius ejusdem, qui ad marginem internum digiti tertii.
i. Ramus, qui ad quartum et ad quintum digitum.
k. Truncus, qui ad quartum et ad quintum digitum.
l. m. n. Parvi trunci arteriae dorsalis externae, ab eadem procedentes, qui ad marginem externum digiti minimi.

VENAE

VENAE SUBCUTANEAE

VENAE JUGULARES TAM INTERNAE QUAM EXTERNAE; SUBCLAVICULARES; MAMMARIAE INTERNAE; SINUS VERTEBRALES EXTERNI, ET CRURALES, AD QUOS PERGUNT VENAE SUBCUTANEAE.

VENAE-REGIONIS ANTICAE ET LATERALIS CALVARIAE

VENAE SUBCUTANEAE EJUSDEM

VENA FRONTALIS

1. Truncus praecipuus ejusdem, et rami in hunc convenientes.
2. 3. 4. 5. Rami supra orbitales, et frontales dexteri.
6. 7. 8. 9. 10. Rami supraorbitales, et frontales sinistri.

VENA TEMPORALIS

1. Truncus praecipuus ejusdem, quique huc concurrunt rami.
2. 3. 4. 5. 6. Rami antici temporales, frontales, et cubitales ejusdem.
7. Ramus auricularis superior posticus.
8. —— posticus, seu temporalis-occipitalis ejusdem.
9. Rami medii superiores temporum.

VENA OCCIPITALIS

1. Truncus praecipuus, et ramusculi in eum convenientes.
2. 3. Rami laterales antici, seu occipitales temporum.
4. 5. Rami postici et proprii regionis occipitalis.

VENAE REGIONIS ANTICAE ET LATERALIS FACIEI

VENAE SUBCUTANEAE EJUSDEM

VENA FACIALIS

1. Truncus praecipuus, et rami ad hunc pergentes.
2. Ramus excisus, qui anastomosin init cum jugulari externa antica.
3. Sequitur decursus venae facialis per genam.
4. Ramus, qui anastomosin init cum temporali antica.
5. Ramusculus menti superficialis excisus.
6. 7. Decursus et finis labialis inferioris.
8. 9. Rami labiales superiores.
10. Ramus orbicularis externus, et inferior.
11. Ramus nasalis lateralis.
12. —— orbitalis inferior et internus.
13. —— angularis internus, ejusque anastomosis cum diverticulis cerebralibus.
14. Ramus dorsalis nasi.
15. Rami supraorbitales dexteri et sinistri.

VENAE REGIONIS ANTICAE ET LATERALIS CERVICIS

VENAE SUBCUTANEAE EJUSDEM

RAMI ANTICI JUGULARIS EXTERNAE

1. Truncus praecipuus jugularis externae, quique huc concurrunt rami.
2. 2. 2. Rami antici superiores thoracis.
3. 3. Rami laterales, inferiores colli, et superiores thoracis.
4. 5. Rami antici menti.
6. Truncus alius externus ejusdem jugularis.
7. Rami anastomotici cum truncis posticis.
8. 9. Rami antici subcutanei cervicis.
10. Ramus alius superior, qui anastomosin init cum trunco medio jugularis externae.

RAMI MEDII ET POSTICI JUGULARIS EXTERNAE

1. Truncus praecipuus, et rami qui ad hunc pergunt.
2. Ramus iniens anastomosin cum subclaviculari.
3. Ramus thoracicus superior, seu clavicularis anticus.
4. Ramus scapularis superior.
5. Decursus trunci praecipui.

6. 7. Rami, qui anastomoses ineunt cum medio et anteriori ramo jugularis externae.

8. 9. Rami anastomotici cum facialibus.

10. Ramus parotideus profundus.

11. —— submaxillaris profundus.

12. —— submaxillaris superficialis.

13. 14. 15. 16. 17. Rami subcutanei cervicales postici et laterales.

VENA JUGULARIS INTERNA

1. Pars visibilis in inferiori parte cervicis.

VENAE REGIONIS VOLAE MANUS, ET DIGITORUM AD DEXTERAM

VENAE SUBCUTANEAE PARTIS ANTICAE MANUS, ET DIGITORUM

VENAE PALMARES

1. 1. 1. Rami palmares, horumque decursus secus marginem radialem.

2. 2. 2. 2. Rami palmares, et progressus illorum secus marginem ulnarem.

VENAE REGIONIS CUBITALIS

VENAE SUBCUTANEAE CUBITALES

3. 3. 3. 3. Trunci inferiores.

4. 4. 4. Trunci partis posticae antibrachii secus marginem radialem.

5. 5. Trunci secus marginem ulnarem.

6. 6. 7. 7. Rami ulnares et eorum decursus, quorum nonnulli anastomosin ineunt cum profundis.

8. 8. Trunci radiales eorumque decursus.

9. Ramus anastomosin iniens cum aliqua e radialibus profundis.

10. 11. Trunci cubitales, a quibus basilica vena.

12. Truncus cubitalis ad basilicam medianam.

13. Truncus cubitalis ad productionem medianae cephalicae.

14. Truncus, qui anastomosin init cum aliqua e cubitalibus profundis.

VENAE REGIONIS HUMERALIS

15. 16. 17. 18. 19. Trunci postici interni subcutanei humerales inferiores, medii, et superiores; horum anastomoses cum profundis humeralibus, et cum basilica.

VENA BASILICA

20. 20. Truncus praecipuus, et decursus hujus venae.

VENA CEPHALICA

21. 21. Truncus praecipuus atque decursus ejusdem.

VENA MEDIANA CEPHALICA

22. 22. Anastomosis medianae cephalicae cum axillari.

23. 24. Rami postici humerales esterni.

25. 25. —— postici superiores humerales.

VENAE REGIONIS DORSALIS MANUS SINISTRAE

VENAE SUBCUTANEAE PARTIS POSTICAE MANUS, ET DIGITORUM

VENAE DORSALES, QUAE ET SALVATELLAE NUNCUPANTUR

1. 2. 3. 4. Trunci digitales ad dorsalem.

5. 5. Ramusculi a palmari procedentes.

VENAE REGIONIS CUBITALIS POSTICAE

6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Trunci inferiores radiales, et cubitales.

15. 16. Trunci medii, cubitales, et radiales.

17. Ramus anastomoticus cum aliqua e profundis.

18. 19. 20. Trunci superiores cubitales, et radiales.

21. 22. Rami anastomotici cum profundis.

23. 24. 25. 26. Decursus superiorum cubitalium.

27. Locus ubi trunci in venam cephalicam conveniunt.

VENAE REGIONIS HUMERALIS EXTERNAE

28. 28. Rami antici inferiores humeri.

29. Truncus praecipuus cephalicus, ejusque decursus.
30. Anastomosis hujus cum profundis.
31, 32. 33. Rami humerales medii.
34. 35. Rami humerales superiores.
36. Ramus anastomoticus cum profundis.
37. Decursus ramorum humero-pectoralium superiorum.
38. Rami supraclaviculares antici.
39. Ramus humeralis superior.
40. Insertio venae cephalicae sub claviculam.

VENAE REGIONIS ANTICAE ET LATERALIS THORACIS

VENAE SUBCUTANEAE THORACICAE AD DEXTERAM

VENA THORACICA, SEU MAMMARIA EXTERNA AD DEXTERAM

1. Truncus praecipuus, qui profundus evadit, ut anastomosin ineat cum mammaria interna.
2. Ramus superficialis, qui thoracicas superiores petit.
3. 3. Rami, qui cephalicam et jugularem externam petunt.
4. Ramus, qui venas pectorales profundas adit.
5. Ramus thoracicus superficialis excisus.
6. —— qui basilicam axillarem petit.
7* —— qui thoracicae longae axillari se adjungit.
7. 7. 7. 7. 7. 7. 7. 7. 7. Trunci dorsales thoracici, laterales superiores, medii, et inferiores.
8. 8. Rami thoracici antici inferiores.
9. 9. Trunci thoracici superficiales cum profundis anastomosi coeuntes.
10. 10. Rami thoracici antici superiores.

EADEM VENOSA VASA AD LAEVAM

1. 2. 2. 3. 4. 5. 5. Trunci thoracici antici superiores, anastomosi superficialibus humeralibus conjuncti.
6. 6. 6. 6. 6. Trunci thoracici antici inferiores.
7. 7. 7. 7. Trunci thoracici postici dorsales.
8. 8. Trunci thoracici axillares laterales, et inferiores.
9. 9 9. 9. 9. 9. 9. 9. 9. 9. 9. Trunci thoracici, quorum nonnulli excisi, qui a superficie profundas petunt.

VENAE REGIONIS ABDOMINALIS

VENAE SUBCUTANEAE ABDOMINALES

1. 1. 1. 1. Rami antici abdominales super umbilicum.
2. 2. 2. 2. 2. Rami antici abdominales, cum profundis dextrorsum atque sinistrorsum communicantes.
3. 3. 3. 3. 3. 3. 3. Rami lumbares postici ad dexteram, et laevam.
4. 4. 4. 4. 4. Horum conjunctio ad majores truncus efficiendos.
5. 5. 5. 5. Truncus praecipuus venae epigastricae superficialis.
6. 6. Ramus anastomoticus dexterae cum sinistra.
7. 7. 7. Locus ubi saphenae majores abdominalibus venis junguntur.

VENAE REGIONIS PUDENDARUM

VENA AZYGA PENIS

1. Truncus praecipuus, sive dorsalis penis.
2. Ramus collateralis superficialis.
3. 3. Ramus subcutaneus, qui in saphenam sinistram.
4. Ramus superficialis, qui epigastricae subcutaneae se inoculat.
5. 5. Ramus superficialis, qui anastomosin init cum saphena dextera.

VENAE REGIONIS PLANTARIS, DORSALIS, ET DIGITALIS PEDIS DEXTERI

VENAE SUBCUTANEAE DORSALES PEDIS, ET DIGITORUM, QUAE IN SAPHENAM CONVENIUNT

1. 1. Trunci digitales, a quibus saphena.
2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. Rami plantares interni in istam producti; nec non
3. 3. 3 Rami dorsales.
4. Trunci calcanei interni, qui ad tibiales posticas.

VENAE REGIONIS INTERNAE CRURIS DEXTERI

VENAE SUBCUTANEAE CRURIS, SAPHENAM PETENTES

5. 5. 5. 5. 5. 5. Trunci postici interni su-

rae, qui etiam inferiores medii, et superiores nuncupantur.

6. 6. 6. 6. Trunci antici et interni cruris, iisdem quoque nominibus distincti.

7. Truncus femoralis internus subcutaneus ad saphenam pertinens, cum quo rami supra dicti junguntur.

VENA SAPHENA MAJOR

8. 8. 8. 8. Truncus praecipuus: origo a pedis dorsu, ac decursus secus internam cruris partem, usque ad finem coxendicis et cruralis.

VENAE REGIONIS FEMORALIS DEXTERAE

VENAE SUBCUTANEAE FEMORALES, QUAE AD SAPHENAM MAJOREM PERGUNT

9. 10. Trunci femorales inferiores.

11. 11. Truncus femoralis anticus superficialis, ejus decursus et finis.

12. 12. Rami femorales antici inferiores.

13. 13. —— femorales interni medii.

14. 14. —— femorales antici superiores.

15. Ramus femoralis anticus superior, profundis se adjungens.

VENA CRURALIS

16. Pars ejusdem visibilis.

VENAE REGIONIS DORSALIS PEDIS SINISTRI

1. 1. 1. 1. Trunci venosi digitales et dorsales, qui ad marginem externum pedis.

2. 2. Ramusculi plantares, qui ad marginem internum pedis.

3. 3. Rami dorsales, a quibus saphena, eorumque cum profundis anastomoses.

VENAE REGIONIS ANTICAE CRURIS SINISTRI

4. 4. 4. 4. 4. 4. 4. Trunci postici et externi secus marginem fibularem cruris.

5. 5. 5. Rami interni, qui ad marginem tibialem cruris.

6. 6. 6. Rami antici ejusdem, quorum nonnulli anastomoses ineunt cum profundis.

7. Truncus praecipuus, ramos subcutaneos internos colligens.

8. 8. 8. 8. Truncus praecipuus saphenus, ejusdemque initium, decursus, et in cruralem processio.

VENAE REGIONIS ANTICAE FEMORALIS SINISTRAE

VENAE SUBCUTANEAE PARTIS EXTERNAE ET ANTICAE FEMORIS, QUAE IN SAPHENAM MAJOREM

9. 9. Rami rotulares inferiores et superiores.

10. Ramus anticus inferior femoris.

11. —— anticus internus femoris.

12. 12. Rami femorales inferiores externi.

13. 13. 13. Rami femorales inferiores, medii, et superiores interni.

14. Rami femorales antici superiores.

15. 15. Rami glutei antici inferiores.

16. 16. 16. 16. Rami femorales inferiores, medii, et superiores externi.

17. 17. Rami glutei antici superiores.

18. Ramus anticus femoralis subcutaneus, cum profundis anastomoses iniens.

VENA CRURALIS

19. Exigua hujus portio conspicitur, dum in arcum cruralem abit, et abdominis cavum petit.

NERVI

NERVI REGIONIS CALVARIAE

NERVI FRONTALES, SEU SUPRAORBITALES PRIMA PROPAGO QUINTI PARIS CEREBRALIUM, OPHTALMICA WILLISII NUNCUPATA

1. Truncus primus dum egreditur ex antica et media frontis parte.

2. Truncus alter distincto egressu.

3. 4. Rami hinc exorti, inde per anticam et superiorem frontis partem repentes.

5. Truncus tertius in egressu.

6. 7. Rami hinc procedentes, qui ad partem superiorem et externam frontis.

8. Truncus quartus, ejusque egressus.

9. —— quintus; utrique externam regionem frontis petunt.

10. Ramus alius ejusdem, ad anastomosin ineundam cum dura portione septimi.

NERVI TEMPORUM, PROCEDENTES A TERTIA PROPAGINE QUINTI PARIS CEREBRALIUM, QUAE MAXILLARIS INFERIORIS NOMINE VENIT

1. Truncus praecipuus, qui subcutaneus evadit una cum vasis temporum.

2. 3. Rami ad hunc pertinentes, qui externos musculos petunt, nec non velamina aurium.

NERVI FACIALES, A PORTIONE DURA SEPTIMI PARIS PROCEDENTES, QUAE PARVUS SYMPATICUS NUNCUPATUR

1. 2. 3. 4. Trunci ejusdem per inferiorem et lateralem partem genae.

5. 6. 7. Trunci, qui ad partem mediam ejusdem.

8. 9. 10. Trunci, qui ad ejusdem partem superiorem.

11. 12. Rami orbitales externi ejusdem.

NERVI REGIONIS ANTICAE ET LATERALIS CERVICIS

NERVI SUBCUTANEI CERVICIS, AD PRIMUM ET SECUNDUM PAR CERVICALIUM PERTINENTES

PAR PRIMUM CERVICALIUM, SUBOCCIPITALI OMISSO

NERVI OCCIPITALES MAJORES

1. 2. Trunci ab eodem procedentes, qui ad partem superiorem occipitis.

PAR SECUNDUM CERVICALIUM

1. Nervus occipitalis minor, secus marginem posticum musculi sterno-cleido-mastoidei decurrens.

2. Nervus parvus auricularis inde procedens.

3. 4. 5. Rami ejusdem, qui ad occiput.

6. Ramus anastomoticus, qui occipitalem majorem petit.

PLEXUS SUBCUTANEUS CERVICALIS, ET HINC PROCEDENTES TRUNCI

1. Nervus auricularis praecipuus, qui ad auriculam.

2. Nervus parotideus superficialis.

3. Ramus anastomosin iniens cum portione dura septimi paris.

4. 5. 6. 7. Trunci ascendentes cervicales laterales.

8. 9. Parvi trunci cervicales ascendentes postici.

10. 11. 12. 13. Trunci postici descendentes per inferiorem partem cervicis.

14. 15. Trunci antici descendentes per mediam cervicis partem.

16. 17. Trunci antici descendentes per inferiorem partem cervicis.

18. Truncus alius praecipuus ab eodem plexu procedens.

19. 20. 21. Trunci descendentes antici, seu sternales inde emanantes, qui ad inferiora colli, et superiora thoracis.

22. Truncus alius praecipuus, ad eumdem plexum pertinens.

23. Ramus inde procedens, qui ad anticam et superiorem pectoris partem.

24. Truncus subcutaneus clavicularis.

25. 26. Rami secus marginem claviculae decurrentes, atque inde superiorem et anticam humeri partem petentes.

NERVI SUBCUTANEI BRACHII ET PECTORIS, A TERTIO ET QUARTO CERVICALIUM PARE SINISTRORSUM PROCEDENTES

PAR TERTIUM CERVICALIUM, QUOD AD PECTUS ET AD BRACHIUM HUJUS LATERIS

1. Truncus praecipuus supra-clavicularis anticus.

2. Ramusculus supra humeralis posticus.

3. 4. Rami pectorales antici superiores inde procedentes.

5. 6 Rami pectorales antici superiores externi inter deltoidem musculum, et majorem pectoris repentes.

7. Ramus ejusdem, anastomosin iniens cum thoracicis anticis dorsi.

8. 9. Rami procedentes inter anticam partem humero-pectoralem.

PAR QUARTUM CERVICALIUM, SUMMITATEM BRACHII, ET PECTORIS ADIENS

1. Truncus supra clavicularis, et rami cucullares superficiales ab isto producti,

1. Ejusdemque continuatio super acromium.

2. 3. Rami suprahumerales inde procedentes.

4. Truncus supracromialis.

5. 6. Rami suprahumerales externi hinc procedentes.

7. Ramus humeralis posticus ejusdem.

IIDEM NERVI AD DEXTERAM, UNICA ENUMERATIONE DESCRIPTI

1. Truncus humeralis superior, inter claviculam, et cucullarem, atque cleido-mastoideum musculum.

2. 3. Ramusculi inde procedentes, qui ad summitatem humeri.

4. Truncus alius ejusdem inter musculum majorem pectoris et deltoidem.

5. 6. Ramusculi inde procedentes, qui ad partem anticam, et superiorem brachii.

7. Truncus similis ad superiorem pertinens, qui e pectorali ortus, humeri summitatem petit.

8. Ramus alius praecipuus, sive major pectoris.

9 Ramus sternalis anticus superior inde procedens.

10. 11. Rami e precipuo trunco procedentes, qui ad superiorem et anticam pectoris partem.

NERVI REGIONIS HUMERALIS CUBITALIS, ET PALMARIS AD DEXTERAM

PAR SECUNDUM NERVORUM DORSALIUM

1. Truncus subcutaneus biceps ejusdem, e cavo axillari egressus.

2. 3. Rami superficiales brachiales, qui ad internam faciem humeri.

4. 5. Ramusculi axillares, scapulae regionem petentes.

NERVUS CUTANEUS INTERNUS

Truncus praecipuus e cavo axillari egrediens, proprio nomine distinctus, ut omnes alii, e plexu cervico-brachiali exorti.

1. Truncus subcutaneus axillaris, qui glandulas lymphaticas petit, et ad musculum majorem pectoris redit.

2. 2. 2. Rami subcutanei, qui e cavo axillari usque ad anticam, et superiorem faciem antibrachii pergunt.

3. 3. 3. Rami superficiales, qui e media brachii parte usque ad volam manus pergunt, secus ulnarem marginem decurrentes.

4. 4. 4. Trunci subcutanei alii, qui e parte media brachii, ad anticam et inferiorem faciem cubiti descendunt.

5. 5. Ramusculus, cujus finis in superficie post cubiti flexionem.

6. Ramusculus e trunco 4 procedens, cujus idem finis.

NERVUS RADIALIS

Truncus praecipuus e cavo axillari usque ad hujus ingressum in musculum tricipitem.

1* Ramusculus subcutaneus inde procedens, qui ad internam brachii partem.

+ Locus ubi truncus praecipuus rursus apparet, in tertia nempe inferiori parte cubiti, ejusque anastomosis cum cutaneo externo.

NERVUS CUTANEUS EXTERNUS

1. Truncus praecipuus ab egressu in regione cubiti.

2. 3. Rami anastomoses ineuntes cum radiali nervo in inferiori parte antibrachii.

4. 4. Rami superficiales ejusdem, qui ad antibrachium, et inde ad anastomoses pariter ineundas cum nervo radiali, prope finem cubiti.

5. 5. Rami palmares ab ista conjunctione procedentes, qui ad prominentiam thenarem.

NERVUS ULNARIS

1. Truncus praecipuus e cavo axillari egrediens.

2. Ramusculus subcutaneus ab eo productus, qui ad internam faciem humeri.

3. Locus quo truncus praecipuus substantiam muscularem ingreditur, pone condylum internum humeri.

4. Locus ubi truncus praecipuus rursus apparet, in tertia nempe inferiori parte cubiti.

5. Truncus palmaris inde ortus.

6. 7. 8. Rami palmares inde pariter procedentes, qui ad prominentiam hypothenarem.

9. Continuatio ejusdem trunci praecipui secus marginem ulnarem digiti minimi.

10. 11. 12. Ramusculi digitales inde exorti.

13. Truncus alius praecipuus palmaris, ejusque divisio.

14. 15. 16. Ramusculi digitales ab eodem, qui ad marginem radialem digiti minimi.

17. 18. 19. Ramusculi similes, qui ad marginem ulnarem digiti anularis.

NERVUS MEDIANUS

1. Portio trunci praecipui secus regionem humeralem.
2. Rursus conspicitur in vola manus sub ligamento carpo-palmari; inde ejus divisio.
3. Truncus primus palmaris, aliaque ejus divisio.
4. 5. 6. Trunci et ramusculi digitales inde producti, qui ad marginem radialem anularis digiti.
7. 8. 9. Truncus et surculi digitales, qui ad marginem ulnarem digiti medii.
10. Truncus alter palmaris, ejusque bipartitio.
11. 12. 13. Truncus et surculi digitales, qui ad marginem radialem digiti medii.
14. 15. 16. Truncus et surculi digitales, qui ad marginem ulnarem digiti indicatoris.
17. Truncus tertius palmaris.
18. 19. 20. Truncus et surculi digitales, qui ad marginem radialem digiti indicatoris.
21. Truncus quartus palmaris.
22. Ramus inde procedens, qui ad prominentiam thenarem.
23. Truncus digitalis, qui ad marginem ulnarem digiti pollicis.
24. Quartus truncus palmaris ab eodem mediano.
25. 26. Truncus et surculi digitales, qui ad marginem radialem pollicis.

NERVI REGIONIS HUMERALIS, CUBITALIS, ET DORSALIS MANUS SINISTRAE

NERVI EJUSDEM

PAR SECUNDUM NERVORUM DORSALIUM

1. 2. 3. Ramusculi subcutanei super musculum bicipitem, per anticam et superiorem faciem brachii repentes.

NERVUS SUBCUTANEUS AXILLARIS, A PLEXU BRACHIALI PROCEDENS

4. 5. 6. 7. 8. Trunci superiores humerales externi ejusdem axillaris, a margine postico deltoidis, externam faciem brachii petentes.

NERVUS CUTANEUS INTERNUS AD BRACHIALEM PLEXUM PERTINENS

9. 10. 11. Ramusculi humerales, ex intimis ad externum tricipitis prodeuntes, et inde externam brachii faciem irretientes.
12. Truncus conspicuus ejusdem, prope articulationem humero-cubitalem visibilis.
13. Ramus cubitalis superior posticus inde exortus.
14. 15. Trunci alii ejusdem, secus marginem cubitalem.
16. 17. Rami cubitales superiores et medii inde exsurgentes, ut ad partem posticam antibrachii pergunt.
18. 19. Ramusculus alius secus marginem ulnarem, qui ad mediam et inferiorem partem cubiti pergit, usque ad manus dorsum.

NERVI CUTANEI POSTICI BRACHIALES A BRACHIALI PROCEDENTES

1. Truncus superficialis radialis, egrediens inter musculum brachialem et supinatorem longum.
2. Truncus alius praecipuus subcutaneus, in egressu praecedenti similis.
3. Ramus inde enascens, qui ad superiorem et anteriorem partem cubiti.
4. Ramusculus alius a trunco praecipuo procedens, qui ad superiora et postica ejusdem partis.
5. 6. Ramusculi similes, qui ibi desinunt ubi superficiem antibrachii irretiunt.
7. 8. 9. 10. Rami cubitales medii et inferiores ejusdem, qui secus marginem ulnarem, dorsum inde manus petunt.
11. 12. 13. 14. 15. Rami alii cubitales medii, et inferiores, secus radialem marginem decurrentes, ut inde ad manus dorsum procedant.

NERVUS CUTANEUS EXTERNUS AD BRACHIALEM PLEXUM PERTINENS

1. Portio trunci praecipui, visibilis in superiori parte antibrachii, secus anticum marginem musculi supinatoris longi.

2. 3. 4. Trunci medii cubitales ejusdem per faciem posticam antibrachii.

5. 6. 7. Ramusculi cubitales inferiores, qui in antica antibrachii facie conspiciuntur, secus marginem radialem usque ad manus dorsum decurrentes.

NERVUS CUTANEUS POSTICUS MANUS, A RADIALI PROCEDENS

1. Portio trunci praecipui ejusdem, visibilis in tertia parte cubiti.

2. 3. Trunci superficiales inde procedentes, qui ad articulationem cubito-carpeam; et hinc ab istis

4. 5. 6. Rami, qui ad manus dorsum.

7. Truncus alius superficialis dorsalis; hujusque

8. 9. Divisio in duos praecipuos ramos.

10. 11. Rami dorsales ad illum pertinentes, qui ad ulnarem marginem. Horum inde

12. Anastomoses cum nervo ulnari.

13. Ramus dorsalis, qui ad anularem digitum.

14. 15. 16. Ramusculi alii ejusdem, qui ad manus dorsum, et ad digitum indicatorem, et medium.

17. Ramusculus similis ab eodem trunco discendens, et manus dorsum petens. Major vero est

18. Ramus, qui ab eodem trunco ad manus dorsum pergit, secus marginem radialem.

19. 20. Rami digitales et dorsales, qui ad digitum indicatorem et medium.

21. Ramus digitalis, qui per dorsum indicatoris, secus marginem radialem decurrit.

22. Ramus similis dorsalis, pollicem inter et indicatorem digitum.

23. Ramus digitalis, qui ad dorsum digiti pollicis, secus marginem radialem pergit.

NERVUS CUTANEUS POSTICUS, QUI AB ULNARI PROCEDIT, ET MANUS DORSUM PETIT

1. Truncus praecipuus, qui conspicitur in manus dorso secus marginem ulnarem.

2. Ramus, qui ad manus dorsum.

3. Ramus ejusdem anastomosin initurus cum radiali.

4. Ramus, qui ad dorsum digitorum anularis et minimi.

5. 6. Rami, qui ad dorsum manus, et ad marginem ulnarem digiti minimi.

NERVI REGIONIS ANTICAE THORACICAE

NERVI SUBCUTANEI ANTICI PECTORIS, A DORSALIBUS PROCEDENTES, AD DEXTERAM

1. Truncus thoracicus anticus ab egressu prope sternum.

2. 3. Rami ab eodem prodeuntes, et supra sternum repentes.

4. Truncus alius thoracicus, anticam et externam pectoris partem in egressu irretiens.

5. Truncus similis, qui paulo inferius exortus, eodem cursu progreditur.

6. Ramusculus ab ipso productus, qui subcutaneus evadit.

7. 7. Truncus thoracicus alius, ab egressu sinistrorsum incedens, anastomoses initurus cum tertio pari cervicalium super pectoralem.

8. 9. 10. 11. Rami thoracici antici, a dorsalibus procedentes, qui ad pectoris inferiora pertingunt.

IIDEM NERVI AD LAEVAM

1. 2. 3. 4. Trunci thoracici antici inferiores, ad dorsales pertinentes, qui ad anticam pectoris faciem distinctis egressibus progrediuntur.

5. Truncus praecipuus anticus abdominalis, ab iisdem.

6. 7. 8. Rami ab eo producti, et per anticam abdominis faciem repentes.

NERVI REGIONIS LATERALIS THORACIS

NERVI CUTANEI LATERALES THORACIS, A DORSALIBUS AD LAEVAM PROCEDENTES

1. Truncus primus praecipuus inter digitationes musculi serrati majoris, unde conspiciendus

2. Ramus anticus lateralis pectoris, et

3. 4. 5. 6. 7. Rami laterales postici dorsales.

8. Truncus alter praecipuus, distincto egressu.

9. Rami postici laterales dorsi ab eodem.
10. Truncus tertius praecipuus lateralis in egressu; inde
11. Ramus posticus dorsalis.
12. —— alius thoracicus anticus, distincta origine.
13. Truncus quartus praecipuus, ab eoque procedens posticus ramus.
14. 15. Rami alii ejusdem, distinctis egressibus, qui ad lateralem et anticam thoracis partem.
16. Truncus quintus praecipuus lateralis, qui ad partem posticam dorsi.

NERVI CUTANEI LATERALES THORACIS A DORSALIBUS PROCEDENTES, QUI AD ABDOMEN

17. Continuatio praecedentis trunci, unde ramus lateralis posticus, qui dorsum petit.
18. 19. Rami thoracici antici, et abdominales ejusdem.
20. Truncus sextus praecipuus lateralis in egressu.
21. Ramus lateralis anticus superior, qui ad abdomen.
22. 23. 24. 25. Rami laterales antici inferiores, qui pariter ad abdomen pergunt.
26. 27. Rami ejusdem trunci, qui e laterali et postica parte anticam petunt, quorum finis in abdomine.
28. Truncus septimus praecipuus lateralis ab egressu.
29. 30. Rami antici laterales abdominis ab eo procedentes.
31. Octavus truncus praecipuus lateralis abdominalis in egressu.
32. Inde ramus qui ad antica, et inferiora abdominis.

IIDEM NERVI AD DEXTERAM, THORACICI NEMPE ET ABDOMINALES

1. 2. 3. 4. Trunci thoracici a dorsalibus, qui anticam lateralem, et mediam pectoris partem petunt.
5. 6. 7. 8. Trunci thoracici, qui per anticam lateralem, et inferiorem thoracis partem repunt.
9. 10. 11. 12. Rami, et ipsi dorsales, qui ad anticam, et lateralem abdominis partem.

NERVI REGIONIS ANTICAE FEMORIS

NERVI SUBCUTANEI FEMORALES, A PRIMO, ET SECUNDO LUMBARIUM PARI PROCEDENTES AD LAEVAM

PAR PRIMUM EORUMDEM

1. Truncus praecipuus, qui conspicitur in facie laterali et antica abdominis, super cristam ossis ilei.
2. Ramus transversalis ab ipso procedens, qui inferiorem et lateralem abdominis partem petit; inde
3. 4. Rami per anticam et superiorem partem femoris.
5. Ramus descendens, qui ad partem superiorem, et externam ejusdem regionis.
6. Truncus alius praecipuus secus marginem cristae ossis ilei; inde
7. Ramus, qui ad inferiorem et lateralem abdominis partem.
8. Ramusculus, qui ab eodem procedens, anticam et superiorem femoris partem petit.
9. Propago major primi paris, qui ad superiorem et externam femoris partem pergit super gluteum medium; inde
10. 11. Rami, qui ad faciem superiorem et externam femoris.
12. 13. Ramusculi, qui ad nates.
14. Truncus praecipuus anticus abdominalis, qui ab eodem primo lumbarium pari procedens, egreditur ab aponeurosi tendinea musculi obliqui externi; inde
15. 16. Rami adscendentes, qui ad antica et inferiora abdominis.
17. 18. Rami transversi, qui ad inferiora, et latera abdominis.
19. Ramus, qui alium nervosum surculum ad hunc pertinentem sibi conjungit.
20. 21. Rami descendentes antici inferiores, qui superficiem partium genitalium petunt.
22. Truncus alius abdominalis anticus distincto egressu, qui statim anastomosin init cum praecedenti; inde
23. Ramus, qui ad genitalia.

24. Ramus alius, qui spermatica vasa comitatur, et plexum spermaticum efformat.

25. Ramus, qui externam et inferiorem abdominis partem petit.

PAR SECUNDUM LUMBARIUM, QUOD ET CUTANEUM EXTERNUM FEMORALE

1. Truncus praecipuus egrediens a ligamento Fallopii; hinc

2. 3. 4. 5. 6. Rami, qui ad anticam et externam partem femoris.

7. Truncus alius praecipuus, secus musculum rectum anticum femoris decurrens.

8. 9. Rami superficiales ab eodem, qui ad anticam, mediam, et externam femoris partem.

10. Continuatio trunci praecipui 7.

11. Ramusculus externus femoralis.

12. Ejusdem trunci progressio ad inferiora; hinc

13. 14. 15. 16. Rami femorales antici inferiores interni et externi.

CONTINUATIO EORUMDEM AD DEXTERAM

PAR PRIMUM

17. Truncus praecipuus in antica parte conspicuus.

18. 19. Rami ab eo producti, qui ad lateralem et inferiorem abdominis partem.

20. Ramus alius, qui ad superiorem et anticam femoris partem.

PAR SECUNDUM

21. 22. Rami hujus, qui ad superiorem et externam natis.

23. Truncus praecipuus cutanei externi femoralis, subter ligamentum Fallopii visibilis, secus musculum rectum anticum femoris decurrens.

24. Ramus, qui in truncum praecipuum 23. circa mediam partem femoris se inserit; inde

25. 26. 27. Rami, qui ad anticam et externam partem femoris.

28. Ramusculus, qui, distincto egressu, superiorem et mediam partem femoris petit.

NERVI CRURALES AD DEXTERAM

PLEXUS CRURALIS SUBCUTANEUS AB IISDEM

1. 2. Ramusculi excisi, qui ad glandulas inguinales lymphaticas.

3. Truncus praecipuus subcutaneus anticus femoralis.

4. 5. 6. Ramusculi femorales antici interni et externi inde procedentes, qui secus externum marginem musculi recti femoris discurrunt.

7. Sequitur truncus praecipuus, qui externam partem articulationis genu petit.

8. Truncus alius femoralis anticus a cruralibus procedens; inde

9. Ramusculus, qui ad anticam faciem femoris.

10. Alius parvus truncus femoralis anticus internus.

11. Truncus praecipuus anticus femoralis super musculum sartorium.

12. Surculus, qui ad anticam et internam partem femoris; et

13. Ramusculus alius, qui ad anticam et externam partem.

14. Continuatio trunci praecipui; inde

15. Ramus rotularis anticus.

16. 17. Ramusculi antici superiores femorales, qui ad mediam et superiorem partem.

1. Alter truncus praecipuus femoralis internus, qui et saphenus superficialis.

2. Ramus ejusdem ad internam partem femoris adscendens.

3. Divisio trunci praecipui in duos superficiales ramos: ac proinde

4. Ramus descendens super musculum sartorium; ab eoque

5. 6. Rami per internam et inferiorem partem femoris descendentes, usque ad genu.

7. Hic vero ramus 4. a trunco praecipuo secedit, et internam atque inferiorem partem femoris petit.

8. Ramus alius divisionis trunci 3;

9. Superficialis inde evadit juxta venam saphenam.

1. Alius truncus praecipuus femoralis internus, ab eodem plexu crurali procedens.

2. Ramus ejusdem, qui internam partem femoris petit.

3. 4. Rami ejusdem, qui per internam et inferiorem femoris partem decurrunt usque ad genu.

IIDEM NERVI CRURALES AD LAEVAM

1. Nervus ac plexus cruralis subcutaneus in egressu.

2. 3. Rami excisi, qui a plexu glandulas lymphaticas inguinales petunt.

4. Truncus praecipuus femoralis externus.

5. 6. 7. 8. Rami ejusdem, qui anticam et externam femoris partem petunt.

9. Ramusculus a plexu procedens, ad superiorem usque femoris partem.

10. Truncus praecipuus anticus femoris ad eumdem plexum pertinens.

11. 12. Rami ab ipso procedentes, qui ad anticam superiorem et internam femoris partem.

13. Continuatio ejusdem trunci per anticam inferiorem partem femoris.

14. 15. 16. Rami antici inferiores femoris, qui ab eodem trunco usque ad genu procedunt.

17. 18. Ramusculi femorales antici interni, ad eumdem plexum pertinentes.

19. 20. 21. Ramusculi alii femorales interni ab eodem plexu exorientes, qui ad superiorem, et internam cruris partem.

22. 23. Nervi sapheni femorales.

24. 25. 26. Rami ab his procedentes, qui ad internam et inferiorem partem femoris.

27. 28. Rami alii ab iisdem, qui ad partem internam et superiorem genu.

NERVI REGIONIS INTERNAE CRURIS, ET PEDIS DEXTERI

NERVI SUBCUTANEI EJUSDEM

NERVUS SAPHENUS MAJOR

1. Truncus praecipuus visibilis in cruris regione.

2. Ejus ramus illico ab isto exoriens, qui ad internam partem genu, et ad rotulam irretiendam.

3. Ramus saphenus tibialis anticus superior; inde etiam

4. Ramusculus alius saphenus tibialis anticus superior.

5. 6. Rami sapheni tibiales antici medii, et

7. 8. — sapheni tibiales antici inferiores.

9. 9. Nervus saphenus, qui ad internam faciem cruris, et inde in partem posticam ejusdem.

10. 11. Rami sapheni, qui ad internam partem et inferiorem cruris.

12. Rami sapheni procedentes a nervo 11, qui ad malleolum internum.

13. 13. 13. 13. Rami metatarsei a nervis 7. 8., qui ad anticam et internam partem dorsi pedis.

14. Truncus alius saphenus posticus in parte superiore cruris.

15. 16. 17. Rami ab ipso procedentes, qui ad internam et superiorem partem surae.

NERVUS TIBIALIS POSTICUS

+ Pone malleolum internum conspiciendum se praebet.

NERVI CUTANEI CALCANEI

1. Truncus tibialis calcaneus posticus superior.

2. 3. 4. Rami calcanei interni et inferiores ejusdem.

5. 6. Rami calcanei plantares inde procedentes.

7. Ramus submalleolaris ad eumdem tibialem pertinens.

NERVI REGIONIS ANTICAE CRURIS ET PEDIS SINISTRI

NERVI SUBCUTANEI EJUSDEM

2. Nervus saphenus supra rotularis internus.

3. Ramus saphenus tibialis, qui ad anticam superiorem et externam partem cruris.

4. Ramus alius saphenus tibialis anticus superior.

5. Ramus saphenus tibialis, qui ad anticam et mediam partem cruris.

6. Ramus saphenus tibialis, qui ad partem inferiorem.

7. Portio trunci praecipui nervi sapheni circa dimidium cruris.

8. Rursus conspicitur portio ejusdem trunci prope malleolum internum; hinc

9. 9. Nervi sapheni postici, qui ad inferiorem et internam partem surae.

10. Ramus alius saphenus posticus, qui ad ejusdem partem inferiorem, et internam.

11. Ramus malleolaris internus.

12. 13. Rami supra malleolum repentes.

14. 15. 16. Nervi sapheni postici superiores, qui ad faciem internam surae.

NERVUS POPLITEUS EXTERNUS SEU ANTICUS

1. Truncus praecipuus egrediens circa dimidium cruris, inter musculum peroneum, et extensorem communem digitorum.

2. Ramus fibularis, qui ad partem externam; hinc

3. Ramus adscendens, qui cruris superiorem partem petit.

4. Ramus externus pariter adscendens.

5. — descendens, qui ad partem externam fibulae.

6. Nervus alius adscendens a trunco principali procedens, qui ad partem anteriorem cruris.

7. 8. Rami malleolares externi a trunco praecipuo procedentes.

9. Ramus descendens ad externam, et inferiorem partem cruris.

10. Ramus dorsalis e trunco praecipuo, secus marginem fibulae decurrens.

11. 12. Rami antici inferiores a trunco praecipuo exorti, qui ad anticam et inferiorem partem cruris.

13. Ramus dorsalis e trunco praecipuo, dorsum pedis secus marginem tibialem pollicis petens; unde

14. 15. Rami digitales dorsales, qui ad pollicem.

16. 17. Rami alii dorsales a trunco praecipuo procedentes, eorumque divisio. A ramo 17, procedunt sequentes:

18. Ramus digitalis dorsalis, qui ad marginem externum digiti secundi; et

19. Ramus digitalis dorsalis, qui ad internum marginem digiti tertii.

20. Ramus digitalis dorsalis a 16, qui ad marginem internum digiti secundi.

21. Ramus digitalis dorsalis ab eodem, qui ad marginem externum pollicis.

NERVUS POPLITEUS POSTICUS SUBCUTANEUS

1. Portio trunci praecipui dum ad dorsum pone malleolum externum pergit, secus marginem metatarseum fibularem.

2. Ramus adscendens ejusdem, qui ad malleolum externum.

3. 4. Rami subcutanei dorsales.

5. Ramus digitalis dorsalis, qui ad digitum tertium et quartum.

6. Ramus digitalis dorsalis, qui ad digitum quartum et quintum.

7. Ramus digitalis dorsalis, qui ad margiginem externum digiti minimi.

EXPLICIT FIGURAE PRIMAE FACIES ADVERSA.

FIGURAE SPECIALES

STRATI PRIMI

TABULA I.

FIGURA I.

Dexterum capitis latus, una cum collo, exhibet figura haec, cujus en partes speciatim expressae.

PARTES OSSEAE ET CARTILAGINEAE

I. Portio ossis jugalis, seu zygomae.
II. — ossis occipitis.
III. — marginis externi mandibulae inferioris.
IV. Portio ossis hyoidis.
V. — claviculae.
VI. — processus acromici scapulae.
VII. — superior sterni.
VIII. — cartilaginis auriculae, ejusque lobulus.
IX. Pars cartilaginea alae nasi.
X. Thyroidis, quae etiam Adami pomus.

GLANDULAE

Δ. Parotis.
Γ. Ductus Stenonianus ejusdem.

MUSCULI

A. Epicranium.
B. Musculus occipito-frontalis.
C. —— aurem attollens.
D. —— aurem retrahens.
E. Portio musculi fronto-occipitalis.
F. — musculi orbicularis palpebrarum.
G. Portio zygomatici majoris.
H. — masseteris musculi.
I. — musculi biventris.
K. Musculus sterno-cleido-mastoideus.
L. Origo occipito-temporalis ejusdem.
M. Insertio in claviculam.
N. Insertio alia in sternum.
O. Musculus cucullaris.
P. Portio originis occipitalis ejusdem.
Q. Insertio hujus clavicularis.
R. —— acromialis.
S. Pars musculi splenii capitis.
T. — musculi splenii cervicis.
U. — musculi omoplatahyoidei.
V. — musculi scaleni antici.
XX. — superior musculi deltoidis.
YY. — musculi pectoralis.

ARTERIAE

ARTERIA TEMPORALIS, EJUSQUE PROPAGINES

a. Locus ubi conspicitur.
b. Ramusculus cubitalis externus.
c. Truncus praecipuus temporalis frontalis.
d. Ejus decursus in latus frontis.
e. Ultimae propagines.
f. Truncus alius praecipuus temporalis.
g. Ramusculus auricularis superior anticus.
h. Continuatio trunci praecipui per superiorem et lateralem partem temporum.
i. Ejus ultimae propagines in capitis verticem, horumque anastomoses cum extremis occipitalium.

ARTERIA OCCIPITALIS EJUSQUE RAMI

k. Locus ubi superficialis evadit, atque divisio.
l. Truncus praecipuus occipitalis posticus.
m. Ramus occipitalis superior.
n. —— occipitalis inferior.
o. Truncus alius praecipuus occipitalis adscendens lateralis.

8

p. Hujus continuatio per partem lateralem occipitis.

q. Ultimae propagines in postica et superiori parte, cum temporalibus anastomoses ineuntes.

r. Ramusculus alius subcutaneus per cervicem descendens, secus anteriorem et superiorem marginem musculi sterno-cleido-mastoidei, ad eumdem occipitalem arteriam pertinens.

ARTERIA AURICULARIS, EJUSQUE RAMI

s. Trunculus superficialis parotideus.

t. Ramus mastoideus, seu auricularis posticus inferior.

u. Ramusculus auricularis posticus medius.

v. Ramus auricularis posticus superior.

ARTERIA FACIALIS, EJUSQUE PROPAGINES

w. Truncus praecipuus secus marginem maxillarem.

x. Ramusculus parotideus inferior et subcutaneus anticus superior colli.

y. Portio trunci praecipui in regione faciei, et rami labialis inferioris initium.

z. Portio ramusculi inferioris menti secus marginem maxillarem.

ARTERIA THYROIDEA SUPERIOR, EJUSQUE RAMI SUBCUTANEI

a. Ramusculus per cervicem descendens.

b. —— laryngeus superficialis.

c. Truncus praecipuus thyroideae superioris.

RAMUSCULI SUBCUTANEI PER CERVICEM DISCURRENTES

d. e. f. g. Ramusculi subcutanei cervicales superiores.

h. i. k l. Ramusculi cervicales medii.

ARTERIA CERVICALIS INFERIOR SUPERFICIALIS, EJUSQUE RAMI

m. Locus ubi truncus praecipuus conspiciendus.

n. o. p. q. Ramusculi ejusdem super musculum cucullarem, et deltoidem discurrentes.

ARTERIA CERVICALIS TRANSVERSALIS, EJUSQUE RAMI

r. Truncus praecipuus prope claviculam visibilis, et hinc intra musculum cucullarem delitescens.

s. t. Ramusculi subcutanei pectorales.

u. Ramusculus anticus subcutaneus colli, anastomosin initurus cum thyroideis superioribus.

VENAE

VENA FRONTALIS

1. Truncus praecipuus frontalis externus.
2. Ramus supraorbitalis medius.
3. Truncus orbitalis externus, cum orbitali interno, frontalibus, et auricularibus posticis communicans.

VENA TEMPORALIS

4. Truncus praecipuus temporalis profundae.
5. Rami supra auriculares antici temporales.
6. Ramus temporalis superficialis.

VENA AURICULARIS POSTICA, EJUSQUE VENOSUM RETE

7. Rami syncipitales antici superiores.
8. — syncipitales medii superiores.
9. — syncipitales postici superiores.
10. Truncus major a praecedentibus.
11. Ramus qui anastomosin init cum superficiali temporum.
12. Ramus alius occipitalis, superiores, medias, et inferiores conjungens.
13. Ramus, sinu transversali cerebrali dextero communicans cum occipito-cervicali.
14. Truncus praecipuus venae auricularis posticae, ejusque decursus.
15. Insertio in venam jugularem externam.

VENAE OCCIPITALES

16. Rami occipitales superiores.
17. — occipitales medii, eorumque anastomoses cum auricularibus posticis.
18. Rami occipitales inferiores.
19. Horum conjunctio cum cervicalibus superioribus posticis.
20. Anastomoses occipitalium cum cervicalibus lateralibus, et cum diverticulo jugulari.

VENAE CERVICALES POSTICAE

21. Rami cucullares postici medii, horumque conjunctiones variae.

22. Rami cucullares postici inferiores.

23. Truncus cervicalis inferior.

VENAE SUPRAHUMERALES ATQUE THORACICAE

24. Rami supracromici, et deltoidei antici.

25. —— thoracici antici externi.

26. —— supraclaviculares, thoracici antici, et inferiores colli.

27. Horum conjunctio cum trunco cervicali inferiore, ejusque finis.

28. Portio venae cervicalis transversalis secus marginem superiorem claviculae.

RAMUS POSTICUS JUGULARIS EXTERNAE

29. Truncus praecipuus posticus ejusque decursus.

RAMUS MEDIUS JUGULARIS EXTERNAE

30. Truncus praecipuus, ejusque decursus, conjunctio, et

31. Finis.

RAMI ANTICI JUGULARIS EXTERNAE

32. Rami antici menti.

33. Ramus thyroideus.

34. Trunci praecipui antici jugularis externae, eorumque decursus.

VENA FACIALIS

35. Pars inferior.

VENA JUGULARIS EXTERNA

36. Major truncus, ejusque in cervicem descensus.

VASA LYMPHATICA

A. A. A. Vasa lymphatica temporalia, eorumque decursus et conjunctiones.

B. B. B. B. Vasa lymphatica syncipitalia antica, eorumque conjunctio, et ingressus in glandulam lymphaticam mastoideam superiorem.

C. C. C. C. Vasa lymphatica syncipitalia media, et postica.

D. D. D. D. Vasa occipitalia superiora.

E. E. E. E. Media

F. F. F. F. Inferiora, eorumque conjunctiones et ingressus in glandulas occipitales.

G. G. Binae glandulae lymphaticae occipitales.

H. Parva glandula lymphatica mastoidea superior.

I. Mastoidea media.

K. —— inferior, seu parotidea postica superior.

L. Mastoidea parotidea inferior.

M. M. M. Tres parvae glandulae lymphaticae cervicales posticae superiores.

N. Truncus lymphaticus a praecedentibus ortus, et in aliam ingrediens.

O. Glandula ejusdem generis circa dimidium colli.

NERVI

NERVUS TEMPORALIS A MAXILLARI INFERIORI

1. Truncus praecipuus temporalis e quinto cerebralium pare.

2. Ramus temporalis auricularis superior externus.

NERVUS FACIALIS A SEPTIMO CEREBRALIUM PARE

3. Ramus facialis seu orbitalis externus superior.

4. Ramus externus inferior.

5. 6. Ramusculi faciales medii.

7. Ramus facialis inferior, seu angularis maxillae.

PAR SECUNDUM CERVICALIUM, INITIO SUMPTO A SUBOCCIPITALI

8. Nervus occipitalis major in egressu, ejusque divisio.

9. Truncus praecipuus occipitalis posticus.

10. Ramusculus occipito-cervicalis posticus inferior.

11. Continuatio magni trunci occipitalis postici.

12. Ramusculus auricularis posticus, et medius ejusdem.

13. Truncus alius lateralis posticus, ejusdem occipitalis majoris.

14. Divisio, et anastomosis trunci cum occipitali minore.

15. Ramusculus auricularis posticus inferior.

16. 17. Rami occipitales postici medii.

18. Truncus alius semi-superficialis inter cucullarem musculum, et splenium

capitis, anastomosin initurus cum supradictis.

NERVUS ACCESSORIUS WILLISII, SEU SPINALIS

19. Hic conspiciendum se praebet circa dimidium colli.

20. Decursus ejusdem, et ingressus subter cucullarem musculum.

PLEXI CUTANEI CERVICALES, ANTICUS NEMPE ATQUE POSTICUS, SIMUL CONJUNCTI, AD TERTIUM ET QUARTUM CERVICALIUM PAR PERTINENTES

21. Locus ubi par tertium nervorum cervicalium superficialis evadit, et multiplices divisiones subit.

22. Nervus óccipitalis minor.

23. Hujus anastomosis cum occipitali majore.

24. 25. Rami occipitales externi.

26. Ramus auricularis posticus superior.

27. Parvus nervus auricularis.

28. Ramusculus auricularis posticus medius.

29. Ramusculus alius auricularis posticus inferior.

30. Ramusculus alius per latus et superiora colli adscendens.

31. Nervus auricularis praecipuus, sive major.

32. Nervus parotideus superficialis superior.

33. Ramusculus lobularis.

34. Ramus auricularis posticus inferior.

35. —— conspicuus auricularis, cartilaginem cruris transfodiens, et inde per anticam hujus faciem repens.

36. Nervus parotideus proprius seu major.

37. Ramus parotideus anticus inferior, ejusque anastomosis cum dura portione septimi paris, aliisque nervis.

38. Ramus alius parotideus inferior medius, qui praecedenti conjungitur.

39. Continuatio trunci praecipui parotidei, ejusque in hanc glandulam ingressus.

40. Nervus cutaneus colli egrediens, et inde plexum efformans.

41. Ramusculus adscendens per lateralem partem colli.

42. Ramusculus cutaneus anticus superior, ejusque anastomosis cum parotideo antico inferiori.

43. Ramus alius cutaneus colli, anticus superior.

44. Ramus inde procedens, angularem nervum facialem septimi petens.

45. 46. Rami subcutanei antici medii, et inferiores colli, eorumque divisiones.

47. Locus ubi par quartum cervicalium superficiale evadit, et divisiones subit.

48. 49. Ramusculi subcutanei antici, et inferiores ejusdem per collum repentes.

50. Continuatio rami antici inferioris, a quo supradicti procedunt, ejusque finis.

51. Nervus supraclavicularis anticus, procedens a trunco praecipuo 47, ejusque divisio.

52. Ramus sternalis anticus superior, ejusque propagines.

53. 54. Rami pectorales antici superiores, horumque decursus.

55. Nervus supraclavicularis medius, ejusque bipartitio.

56. 57. Rami pectorales medii, horumque propagines.

58. Nervus supraclavicularis posticus, seu externus, ejusque divisio. Ad hunc pertinent

59. 60. Rami supradeltoidei et pectorale, externi.

61. Nervus cervicalis posticus descendens, ejus egressus atque divisio.

62. Ramus transversalis posticus ejusdem, qui se inserit sub musculum splenium colli.

63. Ramus alius ejusdem, qui profundiora petit.

64. Ramus supraacromialis, ejusque propagines.

65. Ramus cucullaris inferior, ejusque distributio.

66. 67. Ramusculi cucullares medii, eorumque decursus.

68. 69. Ramusculi cucullares superiores, seu adscendentes, eorumque distributio.

FIGURA II.

Frontalis, et facialis regionis anticum prospectum exhibet Figura haec, cujus en

PARTES MOLLES, ET DURAE

A. A. Antica pars frontis pericranio tecta.
B. B. Palpebrae superiores, membranae conjunctivae adhaerentes.
C. C. Palpebrae inferiores similiter adhaerentes.
D. D. Auris utriusque externa pars epidermide exuta.
E. E. Particula utriusque musculi masseteris.
F. Pars ossea nasi.
G. Oris hiatus.
H. Maxillae inferioris anterior pars.
I. I. Portio utriusque ossis zygomatici.
K. K. Anguli maxillae inferioris.
L. L. Antica pars musculorum temporum.
M. Musculus angulum labiorum elevans.
N. —— narium depressor, sive myrtiformis.
O. O. Glandulae labiales.
P. P. Cartilagines laterales narium.
Q. Q. Glandulae meibomianae.
R. Musculi buccinatoris exigua portio.
S. Ductus stenonianus parotidis, prope sinistrum extremum pectoris.

ARTERIAE

ARTERIAE FACIALES: HINC HORUM PROPAGINES SURCULIQUE, AB EXTERNA CAROTIDE DEXTRORSUM, ATQUE SINISTRORSUM

a. a. Trunci praecipui, ipsorumque egressus per facialem regionem.
b. b. Rami labiales, sive coronales inferiores.
c. c. Rami labiales, sive coronales superiores.
d. d. Rami nasales inferiores.
e. e. e. — nasales medii, sive transversi.
f. f. — nasales superiores, sive descendentes.
g. Ramus palpebralis superior ad laevam.
h. h. Rami palpebrales hinc procedentes.
i. — frontales superficiales, et eorum finis in fronte.

ARTERIA OPHTALMICA ANGULARIS A CAROTIDE INTERNA

k. Truncus praecipuus, ejusque egressus dextrorsum.
l. l. m. m. Rami frontales dextrorsum atque sinistrorsum repentes.
n. n. Rami supraorbitales, sive superciliares.

ARTERIAE SUBORBITALES A MAXILLARIBUS INTERNIS

o. o. Trunci praecipui egressus a foramine suborbitali.
p. p. Rami labiales superiores.
q. q. — suborbitales.
r. r. — nasales.

ARTERIA TEMPORALIS AD CAROTIDEM EXTERNAM PERTINENS

s. s. Surculi masseterici ab eadem arteria emissi.
t. Truncus praecipuus arteriae temporalis ad dexteram.
u. Ramus temporalis anticus.
v. —— temporalis posticus.
w. w. Rami orbitales externi.

ARTERIAE MENTI AD MAXILLARIA INTERNA PERTINENTES

x. x. Surculi praecipui e foraminibus menti.
y. y. z. z. Surculi supermaxillares inferiores e faciali.

VENAE

1. 1. 1. 1. 1. Venae subcutaneae partis anticae et superioris jam excisae.
2. 2. 2. Rami venosi anteriores temporum.
3. 3. Venae supraorbitales.
4. 4. — suborbitales.
5. 5. 5. — frontales, et ipsae excisae.
6. 6. 6. — ophtalmicae pariter sectae.
7. 7. — transversae narium.
8. — mediae et lateralis nasi.
9. 9. Anastomoses venarum facialium, cum egredientibus e cranii cavo.
10. 10. Venae faciales, earumque anastomoses cum suborbitali dextrorsum.
11. 11. Aliae minores, unde faciales coalescunt.
12. 12. Facialis venae truncus praecipuus.

NERVI

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Ramusculi frontales palpebrales, et nasales, a foramine supraorbitali.

NERVI SUBORBITALES EJUSDEM QUINTI PARIS, AD ALTERUM SURCULUM PERTINENTES, QUEM IN EGRESSU A FORAMINE SUBORBITALI, MAXILLAREM INFERIOREM DICIMUS

1. 2. Rami labiales superiores ab illo orti.

3. —— nasales ejusdem.

4. Ramus alius seorsim ortus, et sinistrorsum per nasum descendens.

NERVI MENTI E QUINTI PARIS TERTIO SURCULO, QUEM IN EGRESSU A FORAMINE MENTI, MAXILLAREM INFERIOREM DICIMUS

1. 2. Rami menti, sive labiales inferiores.

NERVI BUCCINATORES AB EODEM SURCULO

1. 2. 3. Ramusculi angulares labiorum.

NERVI TEMPORUM, VEL AURICULARES EJUSDEM GEMINIS

1. 2. Ramusculi, dexteram laevamque petentes.

NERVI FACIALES A DURA PORTIONE SEPTIMI PARIS CERVICALIUM

1. 2. Rami faciales inferiores.

3. 4. —— faciales medii.

5. 6. —— faciales superiores, et orbitales externi.

7. 8. Rami supramaxillares sinistrorsum, qui inde anastomoses ineunt cum ramo menti, et secundo cervicalium.

FIGURA III.

Capitis verticem exhibet, ubi systemata subcutanea, quae sequuntur.

PARTES AD HANC FIGURAM PERTINENTES

A. A. Epicranium.

B. B. Musculi frontales.

C. —— occipitalis dexteri particula.

D. Musculus aurem attollens.

E. —— anterior auris.

F. F. Palpebrae, earumque orbiculares musculi.

G. Ossea narium portio, tendineo velamine abducta.

H. Cartilago lateralis naricis dexterae.

I. Parotis dextera.

K. Oris hiatus.

L. Musculus zygomaticus major.

M. —— zygomaticus minor.

N. —— labius superius elevans.

O. —— labium superius attollens, simulque alam nasi.

P. P. Musculus orbicularis labiorum:

Q. —— triangularis, seu labii inferioris depressor.

R. Musculus elevans labium inferius, qui et mentilemniscus.

S. Musculus nares comprimens, sive transversalis.

T. Musculi masseteris dexteri portiuncula.

U. Pars externa auris, communi velamine exuta.

ARTERIAE

ARTERIA FACIALIS, AB EXTERNA CAROTIDE EGREDIENS, EJUSQUE PROPAGINES ATQUE DECURSUS

a. a. Trunci principalis, ipsius egressus et decursus per facialem regionem.

b. c. Rami labiales inferiores subcutanei.

d. Ramus labialis superior.

e. —— nasalis inferior.

f. —— nasalis medius.

g. —— nasalis superior.

h —— angularis internus.

i. —— internus palpebrae inferioris.

k. —— frontalis superficialis.

l. —— internus palpebrae superioris.

m. —— facialis lateralis, seu orbicularis externus inferior, atque inde ramusculi alii per genas repentes.

ARTERIA TEMPORALIS A CAROTIDE EXTERNA EGREDIENS, EJUSQUE PROPAGINES

n. Ramus parotideus superficialis.

o. Truncus anticus temporum.

p. q. r. Rami inde enascentes, per anticam superioremque partem calvariae.

s. Truncus principalis temporum, ejusque per superficiem egressus.

t. Ramus medius temporalis inde efformatus, ipsiusque cum occipitali anastomosis.

u. Ramus posticus temporalis, ipsiusque cum supradicto occipitali conjunctio.

VENAE

RETICULUM VENOSUM SUBCUTANEUM PARTIS CAPILLATAE, ATQUE FACIEI, UNDE TEMPORALES ET FACIALES VENAE SUBORIUNTUR

1. 1. 1. Venae superficiales occipitis.
2. 2. 2. Rami laterales temporum.
3. 3. 3. — a vertice calvariae regionis.
4. 4. 4. — antici superiores, seu frontales.
5. Ramus angularis internus oculi ad dexteram.
6. Ramus transversus nasi.
7. 7. Nasales rami antici, et laterales.
8. Ramus naso-labialis.
9. 9. Rami faciales laterales.
10. 10. Rami orbiculares superiores, et palpebrales.
11. Truncus principalis, et decursus venae facialis superficialis.
12. Ramus transversus faciei superior, qui temporali conjungitur.
13. Truncus praecipuus venae temporalis, ejusque decursus.
14. Ejusdem posticus ramus, qui occipitales petit.

NERVI

NERVI OCCIPITALES E PRIMO ET SECUNDO CERVICALIUM PARE

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Eorumdem rami per dexteram occipitis partem repentes.

NERVI FACIALES A PORTIONE DURA SEPTIMI PARIS CEREBRALIUM, QUI PARVI SYMPATHICI

1. 2. 3. 4. Rami faciales inferiores.
5. 6. 7. 8. — faciales medii.
9. 10. 11. 12. Rami faciales superiores.

NERVI FRONTALES E PRIMO SURCULO QUINTI PARIS, QUI ET SUPRAORBITALES, SEU OPHTALMICI WILLISII

1. 2. Rami frontales externi.
3. 4. — frontales medii.
5. 6. — frontales interni.
7. 8. — nasales.

FACIALES ET NASALES NERVI E SECUNDO QUINTI PARIS SURCULO, QUI ET MAXILLARIS SUPERIOR

1. 2. 3. Rami nasales superficiales ejusdem.
4. Propago alia, quae et ramus facialis.

NERVI TEMPORALES AB EODEM QUINTI PARIS SURCULO, QUI ET MAXILLARIS INFERIOR

1. 2. 3. 4. Rami temporales superficiales, seu auriculares externi.

FIGURA IV.

Lateris faciei penitiora praebet; hinc

MOLLES ET DURAE PARTES

A. Portio antica superior, et lateralis pericranii.
B. Portio postica, et lateralis ejusdem, sive occipitalis.
C. Concha cartilaginea auris.
r. Prominentia antitragi.
s. s. s. —— helicis.
t. t. —— anthelicis.
u. Fossa navicularis, sive scaphoides.
v. — innominata.
x. Prominentia tragi.
D. Pars ossea atque cartilaginea naris.
m. Hiatus naris dexterae.
E. E. Palpebrae superiores.
n. Conjunctio, sive externus angulus palpebrarum.
o. Conjunctio altera, sive angulus internus earumdem.
p. Portio musculi elevatoris.
F. —— ossea symphysis maxillae inferioris.
G. Horis hiatus.
q. Parvae labiorum glandulae, labiorumque conjunctio.
H. Musculus buccinator.
h. Ejusdem fasciculi carnosi, e maxilla inferiori.
i. Quique ex apophysi coronoide ejusdem mandibulae; nec non
k. Qui oriuntur ex apophysi pterygoidea: atque
l. Alii a superiori mandibula.
I. Musculus masseter.
d. d. Hujus origo superior, sive zygomatico-temporalis.
e. e. Posticus margo, et
f. f. Anticus: nec non ipsius musculi.
g. g. Finis in maxillae extremo.
K. Os zygomae.
L. Musculus temporalis, hujusque

a. a. Postica, et superior portio.
b. b. Portio antica superior, nec non
c. —— tendinea sub arcu gygomae delitescens.
M. Musculi biventris anterior pars.
N. Portio musculi mylo-hyoidei.
O. —— musculi stylo-hyoidei.
P. Pars superior musculi sterno-cleido-mastoidei.
Q. Ductus stenonianus excisus.

ARTERIAE

CAROTIS EXTERNA, EJUSQUE PROPAGINES

a. Truncus praecipuus.
b. Ramus auricularis.
c. —— transversus facialis.

ARTERIA MAXILLARIS INTERNA AB EADEM CAROTIDE

d. Truncus praecipuus maxillaris internus.
e. Rami masseterici, parotidei, et temporales excisi.

ARTERIA TEMPORALIS, EJUSQUE EGRESSUS

f. Ramus auricularis superior, et articularis maxillae.
g. Sequitur truncus praecipuus temporum, atque
h. Ramus lateralis superior.
i. —— posticus.
k. Rami antici superiores.
l. Ramus temporalis profundus.

ARTERIA FACIALIS AD EXTERNAM CAROTIDEM PERTINENS, EJUSDEMQUE PROFUNDI RAMI

m. Ramus parotideus inferior excisus.
n. —— infra mentum, sive submentalis.
o. —— super mentum, sive supermentalis.
p. Sectio rami glandulam submaxillarem petens.
q. Truncus praecipuus profundus ejusdem arteriae facialis.
r. r. Rami, qui ad glandulas utriusque labii pergunt.

ARTERIA SUBORBITALIS A TRUNCO *d.* AD MAXILLAREM INTERNAM PERTINENS

s. Surculus praecipuus egrediens e foramine suborbitali.
t. Ramusculus profundus inferior nasalis.

ARTERIA MENTI, MAXILLARIS INTERNAE PROPAGO

u. Truncus praecipuus in ipso egressu e foramine menti, ejusque divisiones.

ARTERIA SUPRAORBITALIS, SIVE OPHTALMICA A CAROTIDE INTERNA

v. Truncus praecipuus in egressu, unde ramus nasalis.
x. Ramus frontalis, et profundus ejusdem.
y. y. Propagines ultimae superficiales, zygomatico-temporales arteriae maxillaris internae.

ARTERIA OCCIPITALIS

z. Ramus lateralis posticus ejusdem.

VENAE

1. Truncus orbitalis, quo venosum cerebrale internum, et subcutaneum venarum systema inter se communicantur.
2. Vena angularis facialis.
3. —— orbitalis externa ab inferiori parte orbitae.
4. Ramus temporalis profundus, cum cubitali interna vena communicans.
5. Truncus praecipuus temporum excisus.
6. Vena a surculis pterygoideis procedens, pariter excisa.
7. Rami masseterici, sive transversales profundi faciei.
8. Vena facialis, ad quam supradictae pergunt.
9. Rami profundi inferiores masseterici, et faciales.
10. Truncus praecipuus venae jugularis internae.

NERVI

NERVUS SUPRAORBITALIS: SURCULUS PRIMUS QUINTI PARIS CEREBRALIUM, SIVE OPHTALMICI WILLISII

1. 1. 1. Rami frontales externi.
2. 2. —— superciliares, atque palpebrales.
3. Rami frontales, sive supertrocleares interni et superiores nasi.

NERVUS MAXILLARIS SUPERIOR, QUI SURCULUS ALTER QUINTI PARIS

4. Truncus praecipuus in egressu.

5. Ramus nasalis adscendens, ejusque egressus.
6. Ramus nasalis medius e trunco 4, a quo
7. —— nasalis inferior.
8. Ramus labialis superior, et
9. —— palpebralis inferior.

NERVUS MAXILLARIS INFERIOR, E TERTIO SURCULO QUINTI PARIS ENASCENS, EJUSQUE RAMI: VIDELICET

10. Buccinator;
11. Crotaphiticus, sive temporalis profundus, anticam partem musculi temporalis transfodiens.
12. Ramus superficialis temporum.
13. —— auricularis superior.
14. —— maxillaris inferior, sive menti, in egressu.

NERVUS FACIALIS, SIVE PARVUS SYMPATHICUS, E DURA PORTIONE SEPTIMI PARIS CEREBRALIUM

15. Truncus praecipuus ab egressu, e foramine stylo-mastoideo.
16. 16. Rami inferiores faciales.
17. 17. 17. — medii faciales.
18. 18. — superiores faciales, temporales, et orbitales externi.

NERVI CERVICALES A PRIMO ET ALTERO PARI PROCEDENTES, SUBOCCIPITALI OMISSO

19. Rami occipitales primi paris.
20. — occipitales secundi paris, ejusdemque
21. Rami auriculares postici.

FIGURA V.

Oculum exhibet acutissimo lenticulari orbe late extensum.

A. Palpebra, sive superius oculi velamen.
B. Palpebra, sive velamen inferius.
C. Latus, sive angulus internus major.
D. — vel angulus externus minor.
a. Cornea pellucida.
b. Circuli pupillaris hiatus.
c. c. Finis scleroticae, hujusque velamen a conjunctiva.
d. Vasa arteriaca conjunctivae.
e. Caruncula lacrymalis.

FIGURA VI.

Internam exhibet palpebrarum faciem, acutissimo lenticulari orbe late extensam.

A. Facies interna palpebrae superioris.
B. — palpebrae inferioris.
C. Conjunctio interna.
D. —— externa.
a. a. Margo liber, qui et tarseus palpebrae superioris.
b. b. Margo liber palpebrae inferioris.
c. Glandulae sebaceae Meibomii palpebrae inferioris.
d. d. Quaeque grandiores sunt secus marginem palpebrae superioris: ejusdem generis
e. e. Glandulae ad palpebrae inferioris marginem.
f. Sedes carunculae lacrymalis, et punctus lacrymalis.
g. g. Arteriae ad ipsas glandulas.

FIGURA VII.

Mammas exhibet.

PARTES MOLLES UTRIUSQUE LATERIS

A. A. Corpus glandulare mammarum, papillae sinistrae vestigium.
B. B. Regio sternalis haec organa dividens.
C. C. Initium regionis pectoralis.
D. D. Pars superior musculi pectoralis majoris.
a. a. a. a. Origo clavicularis ejusdem.
b. b. b. b. — ejusdem e superiore sterni parte.
c. c. c. c. Origo altera sternalis.
d. d. d. d. d. d. d. d. Peripheria glandularis mammarum.

ARTERIAE

e. Trunculus praecipuus arteriae mammariae externae, ab axillari sinistra procedens.
f. Ramusculus alius ejusdem.
g. g. Trunculi antici superiores a mammaria interna, in dexteram et sinistram partem prodeuntes.

h. h. Trunculi alii antici inferiores, ab iisdem mammariis procedentes.

VENAE

i. i. i. i. Rami venosi mammarum externi medii.

k. k. Rami venosi superiores externi mammarum et pectoris, qui una cum praecedentibus in venam cephalicam abeunt.

l. l. Rami venosi antici superiores externi mammarum et pectoris.

m. m. Trunci praecipui antici mammarum et pectoris, ad quos pergunt praecedentes, ut in anticos ramos venae jugularis abeant.

n. n. Rami antici mammarum cum mammaria interna anastomosin ineuntes.

o. o. o. o. Rami inferiores externi mammarum, cum lateralibus thoracis coeuntes.

p. p. Rami venosi antici inferiores mammarum, abdominalibus se se adjungentes.

NERVI

q. q. q. Ultimae propagines nervorum in anticam et superiorem partem pectoris decurrentium, qui a cervicalibus.

r. r. Rami thoracici antici superiores mammarum, ab ultimis propaginibus nervorum dorsalium.

s. s. s. Rami thoracici antici superiores, corpus glandulare transfodientes.

t. Ramus thoracicus anticus mammarius medius in laevam.

w. w. Rami alii thoracici medii antici mammarum, in utroque latere.

v. v. Rami thoracici antici inferiores mammarum, ab iisdem dorsalibus procedentes.

x. x. Rami alii thoracici antici inferiores mammarum.

y. Ramusculus alius thoracicus anticus inferior mammarum, in dextera tantum.

z. z. Rami inferiores externi mammarum a thoracicis lateralibus.

w. w. w. Rami externi medii mammarum ab iisdem procedentes.

FIGURA VIII.

Exhibet internam et posticam faciem mammae.

A. A. Corpus glandulare, seu facies interna mammae.

a. a. Majores ductus, seu tubuli lactei ejusdem.

b. b. Lobuli glandulares, quibus mamma compingitur, qui et glebae dicuntur.

FIGURA IX.

Particulam mammae, lenticulari orbe late extensam exhibet.

a. a. a. a. Acinuli glandulares, lobulos seu glebas efformantes.

b. b. b. b. Lobuli a coalitione plurium acinulorum efformati.

c. c. c. c. Ductus excretores, seu tubuli lactei inde exorientes.

FIGURA X.

Plantam exhibet pedis sinistri in extremo inferiori tibiae secti.

MOLLES ET DURAE PARTES

A. A. Sectio ab extremo tibiae.

B. Os calcanei.

C. Musculus abductor pollicis.

D. —— flexor brevis pollicis.

E. E. E. —— abductor digiti minimi pedis.

F. F. Expansio tendinea aponeurotica plantaris, ejusque digitationes.

g. g. g. g. Tendines musculi flexoris communis digitorum.

h. Tendo musculi flexoris longi digiti pollicis.

I. Digitus major, qui et pollex.

II. — secundus.

III. — tertius.

IV. — quartus.

V. — quintus, qui et minimus.

ARTERIA TIBIALIS POSTERIOR, EJUSQUE PLANTARES PROPAGINES

a. a. a. Rami superficiales interni calcanei.

b. b. Praecipuus truncus plantaris externus, ejusque decursus; hinc

c. c. c. Rami plantares externi.
d. d. d. d. Rami medii interni.
e. e. e. e. e. e. Alii rami plantares interni, et
f. f. f. f. f. Rami digitorum, e plantari superficiali arteria.

VENAE

RETE VENOSUM SUBCUTANEUM PLANTARE ATQUE DIGITORUM PEDIS, A QUO SANGUIS AD SAPHENAS

1. 1. 1. Rami venosi plantares secus externum pedis marginem.
2. 2. 2. Rami digito-plantares.
3. 3. 3. — plantares medii.
4. 4. — plantares calcanei.
5. 5. — calcanei superficiales, qui cum profundis anastomoses ineunt.
6. 6. 6. 6. 6. 6 Rami plantares secus internum pedis marginem.
7. 7. Ortus, et decursus saphenus major.

NERVI

NERVUS SAPHENUS MAJOR

1. 2. Hujus ultimae propagines juxta malleolum, et marginem internum pedis.
3. Ramusculus calcaneo-plantaris.

NERVUS POPLITEUS POSTICUS

4. 4. 4. Ultimae propagines secus externum marginem plantarem calcanei et pedis.

NERVUS TIBIALIS POSTICUS

5. 5. Ramusculi superficiales per plantam pedis repentes.
6. Truncus primus plantaris secus internum marginem pedis; hinc
7. Ramus digitalis ad internum marginem pollicis.
8. Truncus alter plantaris, ejusque divisiones: scilicet
9. Ramus digitalis ad externum marginem pollicis.
10. Subdivisio alterius trunci 8. plantaris, unde
11. Ramus alter digitalis externus pollicis, et
12. Ramus digitalis internus digiti secundi.
13. Tertius truncus plantaris bipartitus.
14. Ramus digitalis externus digiti secundi.
15. Truncus quartus plantaris, tertium et quartum digitum petens.
16. Quintus truncus plantaris, ejusque divisio.
17. Ramus digitalis externus quarti digiti.
18. Ramus digitalis internus ad digitum minimum.
19. Sextus truncus plantaris secus externum marginem pedis.
20. 21. Rami digitales externi digiti minimi.

FIGURA XI.

Dorsum exhibet pedis sinistri super malleolum excisi.

MOLLES ET DURAE PARTES

A. Os tibiae super malleolum internum exsectum.
B. Os fibulae pariter exsectum super malleolum externum.
C. Particula musculi peronei tertii.
D. Malleolus fibulae, sive externus.
E. Ligamentum obliquum tarsi.
F. Tendo musculi extensoris proprii pollicis.
G. G. Tendo musculi extensoris communis, qui ad digitum secundum, ejusque
H. Tendo, qui ad digitum tertium.
I. Alius, qui ad digitum quartum.
L. Malleolus tibialis, sive internus.
M. Tuberculus externus quinti ossis metacarpi.
N. Musculus abductor digiti minimi.
O. Portio musculi extensoris brevis digitorum.
P. Tendo musculi tibialis antici.
Q. Ligamenta crucialia superficialis, vel tarsea.
R. Portio musculi abductoris pollicis.
S. Musculus interosseus primus, sive dorsalis internus.
I. Digitus primus pedis, qui et pollex.
II. — secundus.
III. — tertius.
IV. — quartus.
V. — quintus, qui et minimus.

ARTERIAE

ARTERIA TIBIALIS ANTERIOR, EJUSQUE PROPAGINES

a. a. Ramusculi subcutanei anteriores et inferiores cruris.
b. b. Ramusculi secus marginem tarseum internum pedis.
c. c. Truncus praecipuus, et ramusculus superficialis ejusdem arteriae in dorso pedis.
d. Ramus, qui extremum petit ejusdem dorsi, primum inter et alterum digitum.
e. Ramus digitalis, qui ad marginem externum, et dorsalem pollicis.
f. Ramus digitalis, qui ad marginem internum, atque dorsalem digiti secundi.
g. Egressus alterius ramusculi dorsalis, alterum inter et tertium digitum; inde
h. Ramus digitalis, qui ad marginem externum digiti secundi; et
i. Ramus, qui ad internum marginem digiti tertii.
k. Tertius truncus dorsalis, tertium inter et quartum digitum; unde
l Ramus digitalis ad externum marginem digiti tertii; et
m. Ramus digitalis ad internum dorsalem marginem digiti quarti.
n. Quartus truncus dorsalis, quartum inter et quintum digitum; a quo
o. Ramus digito-dorsalis, qui ad externum marginem digiti quarti.
p. Ramus digitalis ad marginem internum digiti minimi; et
q. Ramusculus digitalis, qui ad externum ejusdem digiti pergit.
r. Ramusculus dorsalis, externum marginem pedis complectens.

VENAE

VENAE SUBCUTANEAE DIGITALES, ATQUE DORSALES PEDIS IN SAPHENAS

1. 1. 1. Rami digitales per dorsalem faciem digitorum repentes.
2. 2. 2. 2. Rami dorsales externi.
3. 3. 3. Rami dorsales interni.
4. 4. 4. Utrorumque in crure ascensus, et
5. 5. Eorum anastomoses cum venis profundis.
6. Truncus praecipuus saphenae minoris, sive externus.
7. Truncus praecipuus saphenus majoris, sive internae.

NERVI

1. Portio nervi sapheni cruralis, sive majoris, super malleolum internum.

NERVI PERONEI ANTICI, ET POSTICI

2. Truncus praecipuus nervi peronei antici superficialis, in extremo antico, et inferiore cruris; ejusque
3. 4. 5. Rami, qui ad internum marginem cruris, et dorsi pedis, atque
6. Bipartitio; hinc
7. 8. 9. Rami, qui ad internum marginem dorsi.
10. Ramus, qui per medium dorsi pedis incedit; a quo
11. Ramus, qui ad mediam, et internam dorsi partem pergit.
12. Ramus digito-dorsalis superior subdivisus.
13. Ramus digito-dorsalis in externo margine digiti secundi; a quo
14. Ramus digitalis in externo marginé digiti tertii.
15. Propago e praecipuo nervo peroneo posteriori sub malleolo externo; unde
16. Ramus malleolaris externus.
17. ——— dorsalis externus medius.
18. Ramusculus praecipuus peronei postici, pone malleolum externum, hujusque
19. 20. Rami, qui ad medium dorsi, atque anastomoses cum peroneo antico.
21. Ramus dorsalis e trunco 15, ejusque divisio.
22. Ramus digitalis in margine externo digiti quarti.
23. Ramus digitalis in margine interno digiti minimi.

24. Ramus dorsalis e trunco 18, qui ad marginem externum pedis, atque digiti minimi. Ab eodem nervo 18 oritur

25. Ramus plantaris externus.

26. —— dorsalis profundus, procedens a trunco praecipuo secundo, inter metatarsum pollicis, et secundum digitum, ejusque divisio.

27. Ramus digitalis, qui ad externum dorsum pollicis.

28. Ramus digitalis, qui ad internum marginem digiti secundi.

29. Ultimae propagines nervi sapheni, secus marginem internum pollicis.

FIGURAE SPECIALES
STRATI PRIMI

TABULA II.

FIGURA I.

Exhibet haec figura sinistram capitis et cervicis partem, communibus velaminibus exutam, cujus en partes singulae.

OSSA ET CARTILAGINES

I. Arcus zygomaticus.
II. Portio ossis nasi.
III. Cartilago lateralis pinnae nasi.
IV. Extremum superius sterni.
V. Portio capitis antici ossis clavicularis.
VI. —— cartilaginis tyroideae, quae et Adami pomus.

MUSCULI

MUSCULI REGIONIS LATERALIS CALVARIAE, ATQUE FACIEI

A. Epicranium.
B. Musculus fronto-occipitalis.
C. —— occipito-frontalis.
D. D. —— anticus auris in duas partes divisus.
E. E. Musculus superior auris, seu attollens, divisus.
F. Musculus posticus, seu retrahens auriculam.
G. G. Musculus orbicularis palpebrarum.
H. —— transversus, seu compressor narium.
I. Musculus elevator labii superioris, et alae nasi.
K. Musculus elevator labii superioris.
L. —— zygomaticus major.
M. —— zygomaticus minor.
N. —— orbicularis labiorum.
O. —— myrthiformis.
P. Musculus elevator labii inferioris, qui et mentilemniscus.
Q. Musculus quadratus menti.
R. —— triangularis, seu depressor anguli labiorum.
S. Portio musculi masseteris.

MUSCULI REGIONIS LATERALIS CERVICIS

T. Musculus sterno-cleido-mastoideus, ejusque sternalis origo.
U. Insertio in apophysi mastoidea.
V. V. V. Musculus latissimus colli. Origo a pectore, et finis in cervicem.
X. Musculus elevator scapulae, qui et musculus patientiae.
Y. Musculus splenius.
Z. —— complexus major.

ORGANA ET GLANDULAE

Γ. Globus oculi.
Δ. Pars ossea et cartilaginea narium.
Λ. Oris hiatus.
Θ. Parotis.
Π. Auris externa, communibus velaminibus exuta, ejusque partes.
A. A. Helix.
B. B. Fovea innominata.
C. Lobulus auris.
D. Prominentia antitragi.
E. ———— bifurcata anthelicis.
F. Fovea navicularis.
G. Auris concha.
H. Prominentia tragi.

ARTERIAE

ARTERIAE REGIONIS CALVARIAE ET FACIEI

ARTERIA OCCIPITALIS

a. Portio trunci praecipui, quae apparet in superficie.

b. c. Quique inde per occiput discurrunt rami.

ARTERIA AURICULARIS POSTICA

a. Truncus praecipuus pone aurem, quique procedunt

b. Ramus auricularis occipitalis, et inde

c. —— auricularis posticus superior,

d. —— qui ad cartilaginem inter foveam innominatam et tragum.

ARTERIA TEMPORALIS

a. Truncus praecipuus.

b. —— posticus ejusdem arteriae, seu temporalis-occipitalis, ejusque

c. Decursus et finis in occiput.

d. Truncus medius ejusdem arteriae, quique procedunt

e. f. Rami, verticem petentes.

g. Truncus anticus, qui et temporalis frontalis.

h. Hujus decursus et bipartitio; unde

i. k. Rami antici superiores, qui et epicranei.

l. m. Rami antici superiores frontales.

ARTERIA FACIALIS

a. Truncus praecipuus, qui egreditur inter venam facialem, et musculum triangularem, sive depressorem anguli labiorum; inde procedit

b. Ramus labialis inferior, seu coronalis labiorum.

c. Ramus angularis labialis.

d. —— labialis superior, seu coronalis, a quo procedit

e. Ramusculus zygomaticus.

f. Parvus truncus, qui ad nasi pinnas.

g. Ramusculus nasalis lateralis.

ARTERIA SUBMAXILLARIS SUPERFICIALIS

a. Truncus praecipuus e loco unde subcutaneus evadit prope angulum maxillarem; a quo producitur

b. Ramus auricularis inferior externus.

c. —— qui ad tegumenta lateralia superiora cervicis.

d. Ramus facialis superficialis.

e. —— supramaxillaris inferior, distincto egressu.

f. Ramus submentalis.

g Ramusculus supra mentum decurrens, seu supramentalis.

ARTERIAE REGIONIS LATERALIS ET SUPERIORIS CERVICIS

ARTERIA PAROTIDEA

a. Truncus praecipuus subcutaneus, secus marginem inferiorem parotidis.

b. Ramusculus ab isto procedens, qui ad partem posticam et superiorem colli.

c. Ramusculus alius, qui pariter ad partem posticam et superiorem.

d. Ramus circularis auris pone lobulum ortus, anastomosin iniens cum ramo 6 submaxillari, et superficiem parotidis irretiens.

ARTERIAE SUBCUTANEAE CERVICALES POSTICAE, A CERVICALI PROCEDENTES

a. Truncus adscendens ejusdem; superficiem petens juxta musculum elevatorem scapulae.

b. Decursus ejusdem in partem posticam et superiorem cervicis.

c. Ramusculus alius, distincto egressu, qui ad mediam et posticam partem ejusdem regionis.

d. Ramusculus inferior colli, ad praecedentem pertinens; ab ipso procedunt

e. f. Ramusculi supraclaviculares.

ARTERIAE SUBCUTANEAE ANTICAE COLLI, A TYROIDEA SUPERIORI

a. Ramusculus inferior secus collum descendens.

b. Ramusculus alius superior ab egressu.

VENAE

RETE VASCULARE VENOSUM SUBCUTANEUM REGIONIS LATERALIS CAPITIS

VENA OCCIPITALIS

1. Ramus occipitalis superior.

2. —— occipitalis inferior.

3. Truncus anastomosin iniens cum sinu laterali sinistro, dum per foramen posticum mastoideum transit.

VENAE SUBCUTANEAE SUMMI VERTICIS, HARUMQUE FINIS

1. 1. 1. 1. Rami venosi superiores et antici verticis.

2. 2. 2. 2. Rami antici et laterales medii capitis.

3. 3. 3. 3. 3. Rami frontales supraorbitales temporum, et auriculares superiores conjuncti.

4. 4. 4. Ramus orbitalis externus, ac truncus praecipuus venae temporalis superficialis, ejusdemque anastomoses cum auriculari et occipitali.

5. Ramus auricularis posticus, ejusdemque cum praecedenti conjunctio.

6. Decursus ejusdem et anastomoses cum cervicalibus superioribus.

7. Truncus praecipuus venae auricularis posticae, ejusdemque finis.

8. Truncus praecipuus rami medii jugularis externae.

VENA AURICULARIS ANTICA INFERIOR

1. Anastomosis ejusdem cum temporali profunda.

2. Anastomosis cum facialibus anticis inferioribus.

VENAE SUBCUTANEAE FACIALES, EARUM PER COLLUM INCESSUS, QUIQUE HIS JUNGUNTUR RAMI

1. Vena angularis communicans cum frontali supraorbitali, et cum emissario orbitali.

2. Ramus nasalis lateralis.

3. 3. 3. Vena facialis, ejusque decursus.

4. Ramus labialis superior.

5. 5. 5. Rami faciales laterales, superiores, medii, et inferiores.

6 Ramus labialis inferior.

7. —— menti.

8. —— maxillaris inferior superficialis.

9. —— anticus et superior colli.

10. —— communicans cum anticis et mediis jugularis externae.

11. 12. Rami antici laterales et inferiores colli.

13. Truncus praecipuus venae jugularis externae.

14. 15. 16. Rami venosi inferiores et postici cervicalium, qui ad eamdem jugularem pergunt.

NERVI

NERVUS FRONTALIS, SEU OPHTALMICUS WILLISII

1. Truncus praecipuus in egressu, et rami ab ipso producti.

2. Ramus supraorbicularis.

3. —— frontalis externus, seu minor.

4. —— frontalis medius, sive major.

5. —— frontalis internus, sive anticus.

6. Ultimae propagines anticae frontalis.

NERVI CUTANEI TEMPORUM, QUI A MAXILLARI INFERIORI, ET HIC A QUINTO PARE

1. Unus e praecipuis truncis, cum arteria temporum.

2. Ramusculus anticus temporalis.

3. Truncus alter medius temporalis.

4. Ramus posticus,

5. Ejusque per hanc regionem decursus.

NERVI FACIALES E DURA PORTIONE SEPTIMI PARIS, QUIQUE PROCEDUNT RAMI

1. Ramus temporalis adscendens.

2. —— zygomaticus.

3. —— orbitalis superior externus.

4. 5. Rami orbitales inferiores externi.

6. Ramus facialis superior medius.

7. 8. Rami faciales inferiores.

NERVI OCCIPITALES A PRIMIS CERVICALIUM PROCEDENTES

1. Truncus praecipuus sive occipitalis major, e primo cervicalium, suboccipitali omisso, ejusque divisio in ramum posticum, et anticum.

2. Nervus posticus occipitalis.

3. 4. Rami occipitales postici inde procedentes.

5. Continuatio trunci praecipui 1. in latere occipitis.

6. Ramus occipitalis lateralis inde procedens.

7. Truncus alius praecipuus occipitalis ejusdem.

8. Ramus auricularis posticus superior inde procedens.

NERVI LATERIS CERVICIS, A PLEXU CERVICALI SUBCUTANEO EXORIENTES

1. Truncus praecipuus, qui circa dimidium colli conspicitur.

NERVI CERVICALES ADSCENDENTES ANTICI, ET LATERALES INDE PROCEDENTES

2. Ramus facialis et parotideus superficialis anticus.

3. Nervus auricularis, et rami, qui ad parotidem, et ad auriculam adscendunt.

4. Sequitur nervus auricularis, ejusque in partem posticam auris distributio.
5. Truncus angularis nervi 2, qui cum facialibus portionis durae septimi paris anastomosin init.

NERVI CERVICALES DESCENDENTES EJUSDEM

2. Truncus praecipuus descendens, secus externum marginem musculi sterno-cleido-mastoidei.
3. Ramus supraclavicularis, ejusque divisio.
4. Ramus sternalis anticus superior.
5. ——— sternalis anticus medius.
6. ——— sternalis externus sive posticus.
7. ——— supraclavicularis anticus.
8. ——— supraclavicularis medius.

NERVI CERVICALES DESCENDENTES LATERALES POSTICI

9. Ramus major trunci 1. a quo supra-acromiales, et scapulares superficiales procedunt.
10. Alius ramus major, supraclavicularis posticus et externus.
11. Ramus pectoralis posticus, seu humero-pectoralis externus.
12. Ramus supraacromialis anticus.
13. 14. Ramusculi cucullares superficiales.

NERVI CERVICALES ADSCENDENTES LATERALES POSTICI

15. 16. Ramusculi, qui apparent in parte superiori inter musculum splenium, et sterno-cleido-mastoideum.

NERVI SUBCUTANEI ANTICI SUPERIORES, MEDII ET INFERIORES CERVICIS

2. Truncus praecipuus, qui plexum cutaneum anticum colli efformat; ab isto procedunt
3. Ramus anticus inferior colli, et
4. ——— anticus medius inferior.
5. 6. Rami antici superiores ejusdem, qui cum facialibus inferioribus septimi paris anastomoses ineunt.

FIGURA II.

Latus dexterum thoracis, et dextera pars superior brachii.

A.* musculus latissimus dorsi.
A. A. Pars marginis postici ejusdem.
B. B. B. B. Digitationes inferiores, seu origines costales.
C. C Margo posticus superior;
D. D ——— anticus.
E. Tendo hinc exoriens, ejusque humeralis insertio.
D.* Musculus obliquus externus.
F. G. H. I. K. L. M. Digitationes septem musculares ejusdem, seu origines ab ultimis septem costis.
N. O. Pars inferior tendineo-aponeurotica.
B.* Musculus serratus major.
P. Q. R. S. T. U. V. Digitationes septem ejusdem musculi.
C.* Musculus pectoralis minor.
X. X. Margo externus ejusdem.
Y. Parva portio musculi majoris pectoris.
E.* Crista ossis ilei, expansione tendinea musculi obliqui majoris tecta.
F.* Musculus rotundus major.
G.* Musculus deltoideus; pars marginis postici ejusdem.
H.* Caput longum musculi tricipitis.
I.* Pars musculi bicipitis.
K.* Parva portio musculi infrascapularis.

ARTERIAE

ARTERIA AXILLARIS ET HUMERALIS

a. Portio trunci praecipui arteriae axillaris in cavo.
b. Ramus subcutaneus thoracicus superior externus.
c. d. Decursus et finis ejusdem super majorem et minorem pectoralem.
e. Trunculus axillaris super musculum rotundum majorem.
f. Ramus cutaneus humeralis, secus musculum bicipitem.
g. Parva portio arteriae humeralis, rursus per brachium decurrens.

ARTERIAE DESCENDENTES LATERALES THORACIS, AB AXILLARI PROCEDENTES

a. Eadem axillaris arteria in egressu.
b. Trunculus circumflexae posticae.
c. Truncus arteriae subterscapularis;
d. ——— arteriae infrascapularis.
e. Arteria thoracica longa.

f. Ramusculus subcutaneus posticus, seu dorsalis ejusdem.

g. Ramus ejusdem anticus, seu pectoralis.

h. i. k. l. Ramusculi thoracici antici posteriores et laterales inde procedentes.

ARTERIAE THORACICAE LATERALES, AB INTERCOSTALIBUS AORTICIS

a. Truncus primus visibilis e thoracicis lateralibus ad anticam partem.

b. Truncus alter lateralis, qui ad partem posticam.

c. Truncus tertius lateralis ad musculum obliquum externum.

d. Ramusculus alius ejusdem trunci, ad musculum serratum majorem.

e. Truncus quartus in egressu ad posteriora.

f. Ramus alius ejusdem ad anticam partem.

g. Truncus quintus lateralis, quique procedit ramus ad eamdem.

h. Ramus alius ejusdem, qui ad posticam.

i. Truncus sextus lateralis anteriora petens.

k. Truncus septimus lateralis thoracicus abdominalis anticus.

l. Ramus alius anticus abdominalis, distincto egressu.

m. Octavus truncus thoracicus lateralis anticus, seu abdominalis.

VENAE

VENAE BRACHII

1. Vena basilica, ejusdemque decursus in superiorem partem brachii.
2. Ingressus in axillarem.
3. Ramusculus subcutaneus in superiori parte musculi tricipitis.
4. Ramusculus alius, qui praecedenti se jungit, et ab interna parte musculi rotundi majoris procedens, in axillarem se inserit.

VENAE SCAPULARES

5. Ramus subterscapularis inferior.
6. ——— subterscapularis superior.
7. Horum insertio in axillarem.

VENA THORACICA LONGA

8. Ramus thoracicus lateralis posticus inferior, ab internis.
9. Ramus thoracicus lateralis anticus inferior, ab iisdem.
10. Ramus thoracicus inferior medius ab ipsis.
11. Decursus trunci praecipui ad axillae cavum, atque ramusculus lateralis anticus, in eumdem se inserens.
12. Locus ubi vena thoracica longa superficialis in axillarem abit.

NERVI

NERVUS CUTANEUS INTERNUS

1. Truncus praecipuus, in margine interno musculi bicipitis patens, et cum basilica procedens.

NERVUS ULNARIS

1. Ejus portio subter basilicam, et hinc per brachium decurrens.

NERVUS RADIALIS

2. 3. Rami, qui ad caput longum musculi tricipitis.

NERVI SECUNDI PARIS DORSALIUM

1. Truncus praecipuus brachialis, a secundo intercostalium, ad axillae cavum.
2. Ramus, qui ad posticam, et internam brachii partem.
3. Rami anastomosin ineuntes cum quarto dorsalium.
4. Trunci praecipui continuatio.
5. 6. Rami brachiales postici superficiales.
7. Truncus brachialis subcutaneus medius ab axillae cavo.
8. Continuatio ejusdem per brachium.
9. Ramusculus alius, qui ab eodem 7 sejunctus, sub basilica delitescit.
10. Truncus brachialis superficialis anticus, secus arteriam axillarem, atque venam thoracicam longam.
11. Ramus thoracicus externus, secus musculos pectorales.
12. 13. Rami subcutanei bicipitales.
14. Conjunctio nervi brachialis externi, cum interno cutaneo.
15. Continuatio ejusdem per externam partem brachii.

NERVI AXILLARES THORACICI POSTICI, ET SUBTER SCAPULARES A BRACHIALI PROCEDENTES

1. Truncus praecipuus axillaris thoracicus, et subterscapularis posticus.

2. Ramus ab isto procedens, et musculum latissimum dorsi petens.

3. 4. 5. Rami musculum serratum majorem transfodientes, et per eumdem repentes.

6. Ramus subterscapularis inferior, qui et major.

7. 8. Rami alii infrascapulares medii ejusdem, qui ad musculnm infrascapularem.

NERVI THORACICI ET ABDOMINALES EXTERNI SUBCUTANEI, A DORSALIBUS

1. Truncus primus thoracicus lateralis externus a quarto dorsalium pare.

2. Ramus posticus seu dorsalis ab ipso.

3. 4. Rami antici seu pectorales ab eodem.

5. Ramusculus cum brachiali secundi paris communicans.

6. Ramus dorsalis super musculum latissimum dorsi.

7. Continuatio ejusdem rami postici fecundi.

8. Ultimae propagines super musculum deltoidem.

1. Secundus truncus thoracicus lateralis a quinto dorsalium pare.

2. Decursus ejusdem ad posteriora dorsi.

3. 4. Rami inde procedentes, qui ad latissimum dorsi.

5. Truncus alius ejusdem, distincto egressu.

6. Ramus adscendens thoracicus lateralis.

7. ——— thoracicus posticus, seu dorsalis.

8. Anastomosis cum ramo sexti paris.

1. Truncus tertius thoracicus lateralis, pertinens ad sextum dorsalium par.

2. Decursus ejusdem ad posticum dorsi.

3. 4. Propagines super musculum latissimum, et anastomosis cum quinto dorsalium pare.

5. Truncus alius ejusdem distincto egressu; hinc procedunt

6. Ramus descendens thoracicus lateralis.

7. ——— adscendens.

8. Trunculus anticus, seu ramus tertius ejusdem, ac

9. Ramus abdominalis inde exoriens.

1. Truncus quartus thoracicus lateralis, pertinens ad septimum dorsalium par.

2. Ramus posticus, seu dorsalis ejusdem.

3. Hujus distributio ad dorsum.

4. Truncus alius anticus ejusdem.

5. 6. Rami abdominales inde exorientes.

1. Truncus quintus thoracicus ab octavo dorsalium pare.

2. 3. Rami postici superiores dorsi.

4. Ramus adscendens thoracicus lateralis.

5. 6. Rami postici inferiores dorsi.

7. Truncus anticus, seu descendens ejusdem.

8. Ramusculus ejusdem, subter quintam digitationem musculi obliqui majoris.

9. 10. Rami abdominales inde exorientes.

1. Sextus truncus thoracicus lateralis a nono dorsalium pare.

2. 3. Rami descendentes antici abdominales ejusdem.

4. Truncus alius posticus ejusdem, distincto egressu.

5. 6. Rami postici dorsales ab eodem.

1. Truncus septimus thoracicus lateralis a decimo dorsalium pare.

2 3. Rami antici abdominales inde exorientes.

1. Truncus thoracicus lateralis octavus ab undecimo pare dorsalium.

2. Ramusculus adscendens superior posticus.

3. 4. Rami antici descendentes abdominales.

5. Ramusculus descendens posticus inferior dorsi.

1. Truncus abdominalis lateralis, procedens a duodecimo dorsalium pare.

2. 3. Rami antici superiores abdominales.

4. Ramus anticus inferior abdominalis.

5. ——— gluteus superior excisus.

6. 7. Rami femorales externi excisi.

FIGURA III.

Portio virilium prope podicem.

DURAE MOLLESQUE PARTES

A. Extremum ossis sacri, tendinea expansione obductum.

B. Os coccygis.

C. C. Portio utriusque musculi glutei majoris.
D. D. Portio musculorum ischio-coccygeorum.
E. E. Portio musculi elevatoris ani.
F. F. ——— musculi sphincteris externi ani, ejusque apices.
G. Portio musculi transversi perinaei postici, seu majoris ad laevam.
H. Portio musculi transversi perinaei antici, seu majoris.
I. I. Portio utriusque musculi ischio-cavernosi, seu erectores penis.
K. K. Portio utriusque musculi bulbo-cavernosi, seu acceleratores urinae.
L. Portio podicis orificium.
M. M. Corpora cavernosa penis excisa.
N. Ductus uraethrae excisus.

ARTERIAE

ARTERIAE PUDENDAE INTERNAE, EARUMQUE PRAECIPUAE PROPAGINES IN UTRUMQUE LATUS

a. a. Trunculi sacro-coccygei ad dexteram.
b. b. Trunculi alii coccygei inferiores.
c. c. Rami glutei postici.
d. d. Trunci praecipui pudendi interni.
e. e. Rami haemorrhoidales postici.
f. f. g. g. Rami glutei postici.
h. h. Rami haemorrhoidales medii;
i. i. —— haemorrhoidales antici;
k. k. —— perinaeales externi.
l. l. Arteriae ad pudendas internas pertinentes, in superficiales et profundos truncos divisae.
m. m. Trunci pudendi superficiales.
n. n. Horum decursus et distributio ad externam penis.
o. o. Rami bulbo-cavernosi superficiales.
p. p. Horum decursus et distributio in posticam faciem penis.

VENAE

VENAE HAEMORRHOIDALES ET PUDENDAE COMMUNES

1. 1. Venae bulbo-cavernosae.
2. 2. Rami venosi pudendi externi, seu antici.
3. 3. Rami glutei et pudendi externo-medii.
4. 4. Rami glutei et pudendi externo postici.
5. 5. Rami alii glutei postici cum pudendis internis communicantes.
6. 6. Rami prostatici atque haemorrhoidales antici.
7. 7. Rami perinaeales, et haemorrhoidales antici.
8. 8. Rami haemorrhoidales medii.
9. 9. —— haemorrhoidales postici.
10. 10. 10. Trunci praecipui venosi pudendi interni.

NERVI

NERVI PUDENDI, HORUMQUE DISTRIBUTIO DEXTRORSUM AC SINISTRORSUM

11. 11. Trunculi glutei postici interni;
12. 12. ——— glutei medii interni;
13. 13. ——— glutei et haemorrhoidales postici, ad ultimas propagines sacrorum pertinentes.
14. 14. Trunculi glutei interni ad nervos pudendos internos pariter pertinentes.
15. 15. Trunculi alii glutei, propagines eorundem pudendorum, communicantes cum
16. 16. Truncis pudendis posticis, qui ad ischiaticos superficiales seu posticos cruris pertinent.
17. 17. 18. 18. Rami pudendi, et haemorrhoidales superficiales inde exsurgentes.
19. 19. Nervi pudendi interni, horumque divisiones in praecipuos truncos superficiales et profundos.
20. 20. Rami haemorrhoidales medii, ab iisdem pudendis procedentes.
21. 21. Trunci praecipui pudendi superficiales; inde procedunt
22. 22. Rami pudendi, et haemorrhoidales antici; et
23. 23. Rami pudendi externi.
24. 24. Praecipuorum truncorum decursus, et
25. 25. Eorumdem divisiones.
26. 26. Distributio eorumdem nervorum super faciem posticam penis.

27. 27. Trunci pudendi interni, et locus ubi profundiora petunt.

28. 28. Rami pudendi laterales ad truncos 16. 16. pertinentes.

29. 29. Horum decursus et distributio in latera et faciem posticam penis.

FIGURA IV.

Muliebria epidermide exuta.

A. A. Labia externa.

B. B. Nates.

C. Mons veneris.

d. d. Labia interna, seu nymphae diductae.

e. Harum inferior conjunctio.

f. Perineus, seu spatium inter anum et ostium vaginae.

g. g. Recessus anticus utriusque labii externi, ad continendum.

h. Praeputium clitoridis.

i. Clitoris, ejusque glans.

k. Conjunctio superior nympharum.

l. Meatus urinarius, seu orificium urethrae.

m. Hymen.

n. Conjunctio nympharum inferius.

o. Vaginae orificium.

FIGURA V.

Muliebria iterum.

A. A. Pars montis veneris.

B. B. Labia externa.

C. Conjunctio inferior eorundem.

D. Conjunctio superior.

E. Praeputium clitoridis.

F. Orificium vaginae.

G. Hymen.

H. Meatus, seu orificium urethrae.

I. I. Initium utriusque corporis cavernosi.

K. Portio musculorum pectineorum.

L. Perineus.

M. M. Portio utriusque musculi recti interni, seu gracilis.

N. N. Portio musculi abductoris utriusque cruris.

ARTERIAE

ARTERIAE PUDENDAE ANTICAE DEXTRORSUM ATQUE SINISTRORSUM

a. a. Binae arteriolae, quae ad abdominales superficiales pertinent, et secus ligamentum rotundum descendunt.

b. b. Rami, qui ad montem veneris.

ARTERIA PUDENDA EXTERNA AD LAEVAM

a. Truncus praecipuus ejusdem a crurali.

b. —— alius ejusdem, ejusque triplex divisio.

c. d. e. Ramusculi inde procedentes, qui ad musculum rectum internum.

f. Trunculus e praecipuo *a* discedens, ut exteriora labiorum irretiat, et anastomosin ineat cum arteria pudenda postica.

g. Ramusculus ad anticam partem labiorum exteriorum.

h Ramus, qui ad eamdem, nec non ad montem veneris.

ARTERIA PUDENDA EXTERNA AD DEXTERAM

a. Truncus praecipuus.

b. c. d. Propagines ejusdem super musculum gracilem.

e. Ramusculus ad glandulas lymphaticas inguinales.

f. Ramus ad partem superiorem labii externi.

ARTERIAE PUDENDAE INFERIORES AD DEXTERAM, ET LAEVAM PERINEI

a. a. b. b. Trunci pudendi inferiores.

c. c. d. d. Horum distributio super inferiorem partem externorum labiorum.

VENAE

VENAE ABDOMINALES SUPERFICIALES

1. 1. 1. 1. 1. Venae abdominales inferiores excisae supra montem veneris.

2. Anastomosis, dexteras inter atque sinistras.

3. Ramus communicans cum profundis.

VENA PUDENDA ANTICA DEXTERA

1. Ramus secus ligamentum rotundum decurrens, et in angulum inguinalem se inserens.

2. 3. Rami communicantes cum profundis labiorum majorum.

VENAE PUDENDAE MEDIAE, ET POSTICAE AD DEXTERAM

1. 1. Truncus praecipuus.

2. Ramus pudendus medius, et anastomoses ejusdem trunci cum abdominalibus, et plexu pudendo externo.

3. 4. Rami pudendi postici et intermusculares, cum profundis communicantes.

VENAE PUDENDAE AD LAEVAM

1. Locus quo rami pudendi junguntur, et venam saphenam petunt.

2. 3. Rami a plexu pudendo externo majorum labiorum.

VASA LYMPHATICA

VASA LYMPHATICA PUDENDA SUPERFICIALIA AD DEXTERAM

A. Truncus lymphaticus pudendus posticus mercurio repletus, secus labium externum.

B. Decursus secus externum marginem ejusdem labii.

C. Bipartitio, ad anastomosin cum aliis ineundam.

D. Truncus alius lymphaticus pudendus medius, ejusque anastomosis cum praecedenti.

E. Nova bipartitio utriusque rami, postquam in unum coaluerunt.

F. G. H. I. Rami pudendi antici inde exsurgentes.

A* Parva glandula lymphatica inguinalis subcutanea, ubi trunci e ramo C.

EADEM VASA LYMPHATICA AD LAEVAM

A. Truncus lymphaticus pudendus posticus, inter labia exteriora et musculos femoris.

B. Lymphaticus alius a labii externi margine.

C. Insertio ejusdem in glandulam lymphaticam inguinalem inferiorem.

D. Decursus trunci A, ejusque finis in eadem glandula.

A* Parva glandula lymphatica inguinalis subcutanea inferior.

A. Truncus lymphaticus pudendus medius, super labium exteriorem.

B. C. Ramusculi lymphatici pudendi, ab ejusdem externa facie.

D. Horum conjunctio.

E. Decursus ejusdem trunci super montem veneris.

F. Insertio in glandulam lymphaticam.

A* Glandula lymphatica inguinalis superior superficialis.

NERVI

NERVI PUDENDI ANTICI A LUMBARIBUS DEXTRORSUM ET SINISTRORSUM

g Rami supra-claviculares, et subter-claviculares simul juncti, qui ipsum petunt.

VASA LYMPHATICA SUBCUTANEA POSTICA DORSALIA AD DEXTERAM

h. Ramus cucullaris excisus.

i. i. Rami deltoidei superiores excisi.

VASA LYMPHATICA PECTORALIA AD DEXTERAM

k. k. k. k. k. Rami ad musculum majorem pectoris pertinentes, qui

L. L. L. L. Proprias glandulas petunt; unde
M. M. Rami egrediuntur, qui ad
N. Aliam glandulam superiorem pectoris pergunt.
O. Truncus hinc egrediens, ejusque finis in majore lymphatico.

VASA LYMPHATICA BRACHIALIA AD DEXTERAM

P. Pars inferior trunci cephalici una cum vena.
Q. Locus ubi decursus apparet, ejusque finis in superiori parte.
R. Magnus truncus humeralis profundus, qui
S. Glandulam humeralem petit; unde
T. Egrediuntur rami, qui ad
U. Glandulam axillarem pergunt; ab hac
V. Major lymphaticus extremi superioris dexteri, qui
W. Ingreditur in angulum jugularis cum subclavia, una cum cervicalibus profundis.
X. Glandula axillaris thoracica profunda.
Y. Trunci hinc egredientes, qui ad lymphaticum cephalicum thoracicum.

VASA LYMPHATICA MAMMARIA AD DEXTERAM ET LAEVAM

A. A. A. A. A. A. Trunci superficiei convexae diaphragmatis.
B. B. B. B. Glandulae phrenicae, ad quas ipsi pergunt.
C. C. C. C. C. C. Trunci abdominales, sive epigastrici superiores excisi.
D. D. Glandulae phrenicae aliae anticae, quas ipsi petunt.
E. E. Ducti hinc egredientes, eorumque conjunctio cum phrenicis.
F. F. F. Rami alii ab iisdem glandulis egredientes, qui ad
G. G. Glandulas anticas mediastini.
H. H. Truncus proprius ligamenti suspensorii hepatis, qui ad
I. Glandulam aliam anticam mediastini.
K. K. Trunci e glandulis anticis mediastini egredientes, qui
L. L. Glandulas mammarias petunt; inde ad
M. Glandulas thymicas pergunt.
N. N. N. Rami pericardiaci antici, eorumque progressus ad
O Glandulam mammariam, quam ingrediuntur, ad laevam tantum.
P. P. P. P. Trunci praecipui mammarii, eorumque decursus.
Q. Q. Q. Q. Glandulae mammariae, quas illi ingrediuntur, una cum vasis sanguineis, eorumque egressus.
R. R. Trunci thymici efferentes, qui ad
S. S. Glandulas anticas superiores mediastini.
T. Trunci praecipui postici mediastini et pericardii in egressu ad laevam, qui ad
U. Glandulam mammariam superiorem, et cum pericardacis, thymicis, et mammariis anastomoses ineunt.
V. V. Trunci ab iisdem egredientes, et rete subter sternum efformantes.
X. X. Glandulae subclaviae ad dexteram, quas ingrediuntur; hinc
Y. Major truncus, qui ad lymphaticum majorem cephalicum et pectorale, ad dexteram.
Z. Truncus alter praecedenti similis, qui ad cervicalem dexterum in angulo jugularis et subclaviae.

VASA LYMPHATICA INTESTINALIA

A. A. A. Trunci chyliferi super intestinum coecum et colon repentes.
B. B. B. Trunci per intestinos tenues discurrentes.

NERVI

NERVUS FACIALIS SEPTIMI PARIS CEREBRALIUM AD LAEVAM

1. Egressus majoris trunci facialis medii;
2. ——— —— —— —— inferioris;
3. ——— —— —— angularis ejusdem, secus inferiorem maxillam.
4. Rami hinc enascentes, qui ad glandulam submaxillarem, et biventrem.
5. Ramus per faciem ascendens, ejusque divisio.
6. 7. Rami, qui ad musculum mylo-hyoideum.
8. —— anastomotici cum secundo cervicalium.

NERVUS HYPO-GLOSSUS, SEU LINGUALIS AD LAEVAM

9. Locus ubi ejusdem par in conspectum venit.

10. Alia parva portio descendens ejusdem.

PAR SECUNDUM EORUMDEM CERVICALIUM, SUB-OCCIPITALI PRAETERMISSO

11. Locus ubi egreditur.

12. Truncus auricularis praecipuus.

13. Parva portio trunci occipitalis minoris.

14. Truncus superficialis, qui ad parotidem, ejusque distributio.

15. ——— cervicalis ascendens, ejusque per faciem surculi.

16. ——— anastomoticus cum angulari septimi paris, ejusque divisio.

17. ——— alter anticus colli, quique hinc procedunt rami.

NERVUS ACCESSORIUS WILLISII AD LAEVAM

18. Hujus parva portio.

NERVI SUBCUTANEI PECTORALES ET BRACHIALES, AD TERTIUM ET QUARTUM PAR CERVICALIUM PERTINENTES, AD LAEVAM

19. Locus ubi plexus subcutaneus utriusque paris in conspectum venit; unde

20. Ramusculi cervicales ascendentes.

21. Truncus praecipuus supra-clavicularis superior.

22. 23. 24. Rami subcutanei cucullares hinc enascentes.

25. Ramus supra-acromialis, ejusque divisio.

26. Truncus supra-clavicularis externus.

27. Ramus supra deltoideus, ejusque divisio.

28. Ramus subcutaneus externus pectoris resectus.

29. Truncus supra-clavicularis medius excisus, qui superioribus conjungitur.

30. ——— supra-clavicularis internus, sive anticus excisus.

31. ——— alter supra-clavicularis anticus excisus.

32. 33. Rami antici, qui ad sternum excisi.

34. Ramus ascendens per anticam colli partem, ejusque divisio et anastomoses cum dexteris.

35. 36. Trunci inferiores colli, eorumque propagines.

37. Ramus anticus medius colli, ejusque divisio.

38. Ramus, qui anastomosin init cum secundo cervicalium.

NERVI THORACICI AD BRACHIALEM PLEXUM PERTINENTES, AD LAEVAM

39. Trunci thoracici antici superiores;

40. — ——— — inferiores, qui egrediuntur a margine inferiori musculi costo-subclavii, et subter vasa sanguinea.

41. 42. 43. Resectiones ramorum inde enascentium, qui ad majorem et parvum musculum pectoris.

NERVI PLEXUS BRACHIALIS AD LAEVAM

44. Portio ejusdem plexus in cavo axillari.

45. Parva portio nervi cutaneo-muscularis.

46. Portio nervi mediani.

47. —— nervi cutanei interni.

NERVUS PHRENICUS AD LAEVAM

48. Hic egreditur, et per cavum thoracis decurrit.

NERVI INTERCOSTALES DORSI AD LAEVAM

49. 49. 49. 49. 49. 49. 49. Horum excisiones prope costas.

NERVUS MAXILLARIS INFERIOR QUINTI PARIS AD DEXTERAM

1. Egressus visibilis nervi temporalis ad eumdem pertinens.

NERVUS SEPTIMI PARIS, SIMILITER AD DEXTERAM

2. Egressus partis durae ejusdem prope suam originem.

3. 4. Trunci faciales superiores excisi.

5. 6. —— faciales medii excisi; qui junguntur

7. 8. Truncis facialibus inferioribus pariter excisis.

9. 10. Trunci angulares excisi.

11. Ramus qui anastomosin init cum primo cervicalium, sub-occipitali praetermisso.

NERVUS ACCESSORIUS WILLISII

12. Egressus ejusdem, ejusque divisiones super musculum sterno-cleido-mastoideum.

NERVUS GLOSSO-PHARYNGEUS AD PAR OCTAVUM PERTINENS

13. Hujus parva portio.

NERVUS HYPO-GLOSSUS, SEU LINGUALIS E NONO PARE

14. Ejusdem egressus.
15. Parvus plexus inde enascens, qui ad musculos depressores ossis hyoidis.
16. Anastomosis ejusdem cum sympatico majore, et cum laryngeo octavi paris.
17. Truncus descendens, qui tertium cervicalium petit.

NERVUS OCTAVI PARIS, SEU VAGUS

18. Pars visibilis trunci praecipui.
19. Ejusdem decursus secus collum.
20. Ramus anastomoticus qui ad par tertium cervicalium.
21. Ramus anastomoticus alius, qui ad intercostalem.
22. Descensus trunci praecipui in thoracis cavum.
23. 24. 25. Ramusculi hinc enascentes, qui ad pericardium et ad tymum.

PAR PRIMUM NERVORUM CERVICALIUM, SUB-OCCIPITALI PRAETERMISSO

26. Egressus trunci antici ejusdem.
27. 28. Rami, qui ad musculum sterno-cleido-mastoideum, et ad nervum accessorium willisii.
29. Ramus, qui anastomosin init cum intercostali.
30. Ramus anastomoticus alter, qui ad secundum cervicalium.

PAR SECUNDUM NERVORUM CERVICALIUM

31. Pars visibilis ejusdem.
32. Truncus hinc procedens, qui aurem petit.
33. Locus ubi rursus in conspectum venit, et suis cum divisionibus cartilaginem auris irretit.
34. Truncus ascendens per superficiem colli.

PAR TERTIUM NERVORUM CERVICALIUM

35. Egressus.
36. Ramus per collum ascendens.
37. 38. Rami excisi, ad eumdem pertinentes.
39. 40. — similes descendentes, qui ab eodem procedunt.

Viscera

41. Truncus praecipuus supra-clavicularis externus.
42. Ramus cucullaris inde procedens.
43. — supra-acromialis.
44. — supra-deltoideus.
45. Truncus supra-clavicularis medius, ejusque triplex divisio.
46. Ramus pectoralis superficialis excisus.
47. — infra clavicularis.
48. — alter descendens anticus, ejusque anastomosis cum ramo 17 descendente linguali.
49. Continuatio trunci praecipui, ejusque conjunctio cum ramo 20 octavi paris.
50. Anastomosis alia ejusdem trunci cum ramo 34 ascendente antico colli, e latere sinistro.

PAR QUARTUM NERVORUM CERVICALIUM

51. Parva portio ejusdem in egressu, una cum praecedente.

NERVUS PHRENICUS

52. Truncus praecipuus ejusdem in inferiore parte colli.
53. Egressus rami antici ejusdem, qui intercostalem petit.
54. Pars superficialis majoris lymphatici, ejusque in partem anticam et posticam divisio.
55. Anastomosis rami antici, unde parvus plexus super arteriam mammariam; hinc etiam
56. 57. Rami ad thymum, et pericardium.
58. Egressus rami postici intercostalis, ejusque conjunctio cum trunco praecipuo phrenici.
59. Decursus hujus phrenici, secus vasa mammaria.

PLEXUS BRACHIALIS

60. Ejusdem portio subter claviculam; ab ipso autem,
61. Truncus pectoralis superior;
62. —— —— medius, et
63. —— —— inferior, qui ad secundum par dorsalium pertinet.
64. Portio nervi musculi-cutanei.
65. — nervi mediani.
66. — nervi ulnaris.
67. — nervi cutanei interni.

c

NERVI INTERCOSTALES DORSI

68. 68. 68. 68. 68. 68. 68. 68. 68. Excisiones eorumdem prope costas.

NERVUS SPLANCHNICUS MAJOR

69. Egressus unius trunci a plexu hepatico dextero, qui ad majorem curvaturam stomachi una cum arteria gastro-epiploica, ejusque divisiones.

FIGURA II.

Portio intestini tenuis peritonaeo exuti, ut rete sanguinei ac lymphatici systematis clarius appareat.

a. a. a. a. Portionis ejusdem fines.

b. b. Trunci praecipui arteriosi, et eorumdem distributionis ratio.

c. c. Trunci venosi.

d. d. d. d. Vasa sanguinea et chylifera, horumque decursus et incrementum.

FIGURA III.

Facies interna ejusdem intestini, membrana mucosa exuti, ad oscula vasorum chyli exhibenda.

a. a. a. a. Ejusdem intestini eversi fines.

b. b. b. b. Ejusdem portio, membrana mucosa obducta, una cum valvulis conniventibus.

c. c. c. c. Portio, quae hac membrana exuta, conspicitur.

d. d. d. d. Exordium propaginum vasorum chyli, ipsorumque decursus per intestini parietes.

Bibliopolae, apud quos hoc Opus prostabit.

ANCONAE, Sartori.
BONONIAE, Marcheselli.
BRUXELLES, Weissembruch.
FERRARIAE, Maestri.
FLORENTIAE, Molini, Bardi et Soc. Pagni et Soc.
FORILIVII, Casali.
JANUAE, Gravier.
LONDINI, Bossange, Mourray.
MANHEIMII, Artaria et Fontaine.
MANTUAE, Caranenti.
MEDIOLANI, Fusi et Stella, Giusti, Vismara.
MUTINAE, Tamanini, Vincenzi.
NEAPOLIS, Borell, Marotta et Wanspandoch.
PANORMI, Pedone et Muratore.
PARISIIS, Renouard, Rey et Gravier.
PARMAE, Blanchon.
PLACENTIAE, Del Maino.
PISIS, Capurro.
ROMAE, De Romanis filius.
TAURINI, Balbino, Pomba.
VENETIIS, J. Bapt. Missiaglia.
VERONAE, Societas Typograph., et Haeredes Moroni.
VINDOBONAE, Fridericus Volke.

PAULI MASCAGNII

ANATOMIA

UNIVERSA

XLIV. TABULIS AENEIS

JUXTA ARCHETYPUM HOMINIS ADULTI

ACCURATISSIME REPRAESENTATA

DEHINC AB EXCESSU AUCTORIS

CURA AC STUDIO

EQ. ANDREAE VACCÀ BERLINGHIERI

JACOBI BARZELLOTTI

ET

JOANNIS ROSINI

IN PISANA UNIVERSITATE PROFESSORUM

ABSOLUTA ATQUE EDITA

FASCICULUS TERTIUS

PISIS

APUD NICOLAUM CAPURRO

TYPIS FIRMINI DIDOT

MDCCCXXV.

CORPORIS HUMANI

FACIE ADVERSA

STRATUM SECUNDUM

TABULAE I. II. III.

Secundi strati muscularis antica facies. Hinc arteriarum, nervorumque systemata a penitioribus assurgentia, systema venosum penitiora petens, eorumque propagines per internam musculorum faciem primi strati repentes.

OSSA ET CARTILAGINES

I. Portio ossis frontalis.
II. — — parietalis, seu bregmatis.
III. — — maxillaris superioris.
IV. — — zygomatici.
V. — — maxillaris inferioris.
VI. — — Hyoidis.
VII. Sternum. Hoc petunt septem legitimae costae per cartilagines proprias I. II. III. IV. V. VI. VII. nec non costae notae VIII. IX. X. XI, quarum postrema, dextera tantum conspicua.
VIII. Portio cristae ossis ilei ad dexteram.
IX. — ossis pubis ad laevam.
X. Clavicula ad dexteram.
XI. Apophysis acromialis scapulae ad dexteram.
XII. Caput cum superiore portione ossis humeri ad dexteram.
XIII. Olecranus, et condylus externus humeri ad dexteram; internus vero ad laevam.
XIV. Capitulum ulnare ad dexteram.
XV. Extrema ossa metacarpi ad dexteram.
XVI. Rotula ad dexteram, et laevam.
XVII. Condyli femorales externus et internus ad dexteram; internus vero ad laevam tantum.
XVIII. Cartilago lunata interna, et externa ad dexteram; interna vero ad laevam tantum.
XIX. Condyli tibiales externus et internus ad dexteram; internus autem ad laevam tantum.
XX. Capitulum, et portio superior ossis fibularis ad dexteram; nec non
XXI. Malleolus externus, seu fibularis.
XXII. Os tibiale ad dexteram, et laevam.
XXIII. Malleolus internus, seu tibialis ad laevam.
XXIV. Portio partis internae calcanei ad laevam.

LIGAMENTA

Λ. Ligamenta capsularia extremae utriusque claviculae ad externum.
Σ. Ligamentum anticum scapulae ad dexteram.
Γ. Aliud cuboide nuncupatum ad dexteram.
Θ. Ligamentum carpi ad laevam.
Φ. Ligamenta annularia ad laevam, quae digitorum flexuras moderantur.
Ξ. Ligamenta cruciata, et ligamentosae fasciolae obliquae, ad eumdem usum, pariter ad laevam.
Υ. Ligamentum tibio-rotulare ad dexteram et laevam.
Ω. Ligamentum tibio-femorale ad laevam
Π. — fibulo-femorale ad dexteram.

ORGANA ET GLANDULAE

A. A. Visus organa, eorumque velamentorum pars.
B. Auris cartilago dextera.
C. Naris ossea, et cartilaginea.
D. Larynx.
E. Glandula thyroidea.
F. Trachea.
G. Mentula.
H. Testis dexter.
I. Portio funiculi spermatici ad laevam excisi.

MUSCULI

MUSCULI REGIONIS LATERALIS, ET ANTICAE CALVARIAE

MUSCULUS TEMPORALIS

A. Origo occipitalis;
B. — parietalis;
C. — frontalis; inde
D. Tendo pone arcum zygomae descendens.
E. Portio musculi corrugatoris supercilii.

MUSCULI REGIONIS FACIALIS, ET SUBMENTALIS

F. Portio musculi orbicularis oris.

MUSCULUS MASSETER

G. G. Hujus origo zygomatica, ejusdemque
H. H. Venter cum tendine, qui
I. I. In mandibulam inferiorem se inserit.

MUSCULUS BUCCINATOR

K. Portio originis ejusdem, ad maxillam superiorem pertinens; et
L. Alia portio, quae ad maxillam inferiorem.

MUSCULUS ELEVATOR ANGULI LABIORUM

M. Origo suborbitalis; inde
N. Se inserit in angulum labiorum.
O. Locus, ubi musculus depressor nasi in septum cartilagineum se inserit.

MUSCULUS BIVENTER MANDIBULAE INFERIORIS

P. P. Pars ventris postici ejusdem musculi ab origine mastoidea procedens.
Q. Q. Tendo hinc enascens, fibras musculi stylo-hyoidei medias transfodiens.
R. Venter anticus ejusdem, qui in mandibulam se inserit.
S. Bipartitio musculi stylo-hyoidei, ubi a biventre transfoditur.
T. Portio biventris ad laevam.

MUSCULUS MYLO-HYOIDEUS

U. U. Hujus egressus ab inferiori parte biventris ad dexteram.
V. Se inserit in os hyode.
W. Conjunctio ejusdem cum altero, e sinistro latere descendente.
X. Parva portio musculi hyo-glossi.
Y. Portiuncula mylo-hyoidei ad laevam.

MUSCULI REGIONIS ANTICAE, ET LATERALIS COLLI

MUSCULUS STERNO-CLEIDO-MASTOIDEUS

A. Portio sternalis.
B. — clavicularis, utraque semota, a clavicula scilicet, et sterno.
C. Insertio occipito-mastoidea.
D. D. Portio musculi trapetii sursum elevata.
E. Portio musculi complexi;
F. — — splenii capitis.
G. G. G. Portio musculi splenii colli;
H. H. — musculi elevatoris scapulae.
I. Portio musculi scaleni medii;
K. — — — antici;
L. — — — postici.

MUSCULUS OMOPLATA-HYOIDEUS

M. Hujus inferior pars.
N. Pars media, et tendinea ejusdem.
O. Insertio hyoidea.
P. Portio musculi constrictoris superioris pharyngis.
Q. Ejusdem portio inferior.

MUSCULUS STERNO-THYROIDEUS

R. Portio inferior, seu sternalis ejusdem.
S. Insertio thyroidea.

MUSCULUS THYRO-HYOIDEUS

T. Origo thyroidea.
U. Insertio hyoidea.

MUSCULUS STERNO-HYOIDEUS

V. Pars inferior, seu sternalis ejusdem.
W. Insertio hyoidea;
X. — musculi omoplata-hyoidei;
Y. — — sterno-hyoidei. Uterque ab omoplata, et sterno semotus.

MUSCULI REGIONIS ANTICAE, ET LATERALIS THORACIS AD LAEVAM

MUSCULUS PECTORALIS MAJOR

A. A. A. Facies ejusdem interna.
B. Insertio tendinea humeralis.

MUSCULUS PECTORALIS MINOR

C C. C. Origo a costis.
D. Insertio coracoydea.
E. E. E. Pars antica primi, secundi, et tertii musculi intercostalis externi.
F. F. F. Pars antica primi, secundi, et tertii musculi intercostalis interni.
G. G. Portio musculi latissimi dorsi.
H. Ipsius tendo.
I. I. I. I. Portio antica musculi serrati majoris, cum digitationibus et originibus a costis.

MUSCULI REGIONIS ANTICAE, ET LATERALIS THORACIS AD DEXTERAM

MUSCULI INTERCOSTALES EXTERNI, ET INTERNI

A. A. Portio antica primi musculi intercostalis externi.
B. B. Portio antica secundi intercostalis interni.
C. C. C. C. C. Portio antica aliorum intercostalium externorum.
D. D. D. D. D. Portio antica aliorum intercostalium internorum, una cum originibus, et insertionibus.

MUSCULUS SERRATUS MAJOR

E. F. G. H. I. K. L. Hujus septem digitationes, et origines a costis.

MUSCULUS SUBCLAVIUS

M. Origo a clavicula.
N. Insertio costalis.
O. O. Portio musculi latissimi dorsi.

MUSCULI REGIONIS ABDOMINALIS AD DEXTERAM

MUSCULUS RECTUS

A. A. Origo a cartilagine quintae costae,
B. — —— sextae,
C. C. — —— septimae.
D. D. Fasciola tendinea prima.
E. E. F. F. G. G. Fasciola tendinea secunda, tertia, quarta, et hinc hujus musculi divisiones.
H. Ejusdem insertio in pubis symphysim, et
I. I. Nexus cum pyramidali.

MUSCULUS PYRAMIDALIS

K. Oritur a pubis symphysi.
L. Se inserit in lineam albam.
M. M. M. Musculi obliqui externi portio.
N. N. N. N. N. Quinque ejusdem digitationum portiunculae, seu insertiones costales.

MUSCULUS OBLIQUUS INTERNUS

O. Pars lateralis postica ejusdem.
P P. Origo iliaca.
Q. Q. Portio ligamenti Falloppiani ab eodem musculo.
R. Fibrae carneae, quae ad musculum cremasterem.
S. Insertio in costam decimam,
T. —— —— nonam.
U. U. Partis carneae finis, et tendineae initium.
V. Fasciola tendinea ab inferiori margine quintae costae, musculum obliquum internum petens.
X. X. Nexus expansionis tendineae utriusque obliqui, et resectio illius, quae ad obliquum externum pertinet.
Y. Y. Linea alba, et umbilici vestigium.
Z. Z. Resectio alia expansionis tendineae obliqui externi, secus marginem internum musculi recti.

MUSCULI REGIONIS ABDOMINALIS AD LAEVAM

A. A. Portio musculi obliqui interni.

MUSCULUS TRANSVERSUS

B. B. Origo superior, seu costalis.
C. C. Pars media ejusdem, quae ab apophysi transversa lumbarium.
D. D. Pars inferior, quae ad cristam ossis ilei.
E. E. Expansio tendinea, quae ad lineam albam.
F. Portio tendinis musculi pyramidalis, nec non
G. Portio tendinis musculi recti, ambo excisi, ubi invicem coalescunt.

MUSCULI REGIONIS HUMERALIS AD DEXTERAM

MUSCULUS DELTOIDEUS

A. A. Portio clavicularis, et acromialis ejusdem.
B. B. Tendo, et insertio humeralis.

MUSCULUS BICEPS

C. Origo tendinea glenoidalis.
D. — —— coracoidea; hinc
E. Tendo prope insertionem.
F. Musculi coraco-brachialis portio, prope originem coracoideam.

MUSCULUS TRICEPS

G. Caput medium ejusdem.
H. Insertio in olecranum.
I. I. Portio externa musculi brachialis interni.
K. K. Pars musculi subscapularis prope insertionem humeralem.

SEQUITUR EORUMDEM DESCRIPTIO AD LAEVAM

L. L. Pars musculi deltoidei.

MUSCULUS BICEPS

M. Origo tendinea coracoidea.
N. Portio originis glenoideae.
O. Tendo ejusdem musculi prope insertionem.

MUSCULUS CORACO-BRACHIALIS

P. Portio superior, seu coracoidea.
Q. Insertio humeralis.
R. R. Portio interna musculi brachialis interni.

MUSCULUS TRICEPS

S. S. Caput longum ejusdem;
T. T. — breve.
U. Tendo, qui in olecranum se inserit.
V. V. Musculi subscapularis portio.

MUSCULI REGIONIS CUBITALIS AD LAEVAM

MUSCULUS FLEXOR SUBLIMIS DIGITORUM

A. Origo a condylo interno humeri, et
B. B. Origo a margine radiali.
C. Tendines ejusdem prope ligamentum carpi, quo praetergresso
D. Rursus in vola manus apparent in quatuor partes divisi; unde
E. E. E. E. Tendines, qui ad quatuor digitos minores.
F. Bipartitio, et insertio tendinis digiti indicatoris in secundam ejusdem phalangem.

MUSCULUS ULNARIS INTERNUS

G. Origo condyloidea interna humeralis ejusdem.
H. Origo ab olecrano.
I. I. Origo ab expansione tendinea vaginali antibrachii.
K. Tendo, et insertio in os pisiforme.
L. Portio musculi radialis interni.
M. Tendo, qui se inserit in metacarpum digiti indicatoris.
N. Portio musculi palmaris longi, ejusque tendinis resectio.

MUSCULUS PRONATOR ROTUNDUS

O. Origo condyloidea interna humeralis.
P. P. Pars ejusdem, quae in radium se inserit.
Q. Pars musculi brachio-radialis, seu supinatoris longi.
R. Tendo qui in radium se inserit.
S. S. Portio musculi flexoris longi pollicis, ejusque insertio in ultimam phalangem ejusdem digiti.
T. T. Portio musculi radialis externi longi;
U. — —— radialis externi brevis.

MUSCULUS FLEXOR PROFUNDUS DIGITORUM

V. Origo superior cubitalis subter olecranum.
X. X. Origo alia secus ulnam.
Y. Tendo ejusdem musculi, qui ad digitum indicatorem prope manum
Z. Se inserit in ultimam phalangem ejusdem digiti.

MUSCULI REGIONIS CUBITALIS AD DEXTERAM

A. Pars inferior excisa musculi ulnaris externi.
B. Insertio in metacarpum digiti minimi.

MUSCULUS INDICATOR

C. C. Origo ulnaris ejusdem.
D. Tendo, qui per sulcum vaginalem.

MUSCULUS EXTENSOR LONGUS POLLICIS

E. Origo ulnaris ejusdem.
F. Insertio tendinis ejusdem in ultimam pollicis phalangem.
G. G. Portio musculi extensoris brevis pollicis.

MUSCULUS ABDUCTOR LONGUS POLLICIS

H. H. Origo ulnaris ejusdem.
I. Locus ubi tendineus.

MUSCULUS RADIALIS EXTERNUS BREVIS

K. Pars superior ejusdem, et progressus subter musculos proprios pollicis.

L. Tendo subter eosdem, qui rursus conspicitur, et

M. Insertio ejusdem in metacarpum digiti medii.

MUSCULUS RADIALIS EXTERNUS LONGUS

N. N. Origo humeralis ejusdem.

O. O. Tendo longus, ejusdemque transitus subter musculos proprios pollicis, qui rursus

P. Se inserit in metacarpum indicatoris.

Q. Q. Portio musculi pronatoris rotundi.

R. R. —— musculi radialis interni.

MUSCULUS EXTENSOR COMMUNIS DIGITORUM

S. S. Pars carnea ejusdem.

T. T. — ad extensorem proprium digiti minimi pertinens.

U. Tendo, qui ad indicatorem;

V. — — medium;

W. — — annularem.

Y. Y. Y. Y. Insertiones tendinum in secundam phalangem uniuscujusque digiti, nec non

Z. Z. Z. Z. Insertiones tendinum in ultimam phalangem.

MUSCULUS SUPINATOR LONGUS PARITER SEMOTUS

A. Pars superior seu humeralis ejusdem.

B. Portio tendinis, quae in radium se inserit.

C. C. Pars originis ulnaris musculi supinatoris brevis.

MUSCULUS ANCONEUS

D. Origo condyloidea externa humeralis ejusdem.

E. E. Insertio ulnaris.

MUSCULI REGIONIS DORSALIS MANUS AD DEXTERAM

MUSCULUS ABDUCTOR DIGITI INDICATORIS E LOCO SEMOTUS

A. Pars ejusdem, quae a *multangulo* majore procedit.

B. Pars alia, quae a metacarpo pollicis.

C. Insertio in primam phalangem digiti indicatoris.

D. Portio musculi flexoris brevis pollicis.

E. Insertio in primam phalangem hujus digiti.

F. Portio musculi abductoris pollicis.

G. —— musculi abductoris digiti minimi.

H. Insertio in externum marginem primae phalangis.

I. Portio musculi abductoris metacarpi digiti minimi.

K. Portio musculi interossei externi, qui ad latus cubitale digiti annularis.

L. Musculus interosseus externus, qui ad latus cubitale digiti medii.

M. Musculus interosseus externus, qui ad latus radiale.

MUSCULI REGIONIS PALMARIS MANUS AD LAEVAM

MUSCULUS ABDUCTOR BREVIS POLLICIS

A. Pars interna;

B. — externa, et utriusque nexus.

C. Insertio in primam phalangem.

D. Abductor alter pariter semotus.

MUSCULUS OPPONENS

E. E. Hujus origo a ligamento carpo-palmari, et ab osse multangulo majore.

F. Insertio in metacarpum pollicis.

G. Portio musculi flexoris brevis pollicis.

H. Portio musculi abductoris.

MUSCULUS ABDUCTOR DIGITI MINIMI

I. Origo ab osse pisiformi, et a ligamento carpo-palmari.

K. Insertio in externum marginem primae phalangis.

L. Portio musculi flexoris brevis digiti minimi.

M. Portio primi musculi interossei.

MUSCULI LUMBRICALES E SEDE SEMOTI

N. Horum primus, qui ad digitum indicatorem.

O. Secundus, qui ad marginem radialem digiti medii.

P. Tertius, qui ad ulnarem marginem ejusdem.

Q. Quartus, qui ad ulnarem marginem digiti annularis.

MUSCULI REGIONIS FEMORALIS AD DEXTERAM

MUSCULUS TENSOR VAGINAE FEMORIS E LOCO SEMOTUS

A. A. Pars superior.
B. Pars inferior tendinea.
C. C. C. Pars inferior musculi glutei medii.

MUSCULUS SARTORIUS PARITER SEMOTUS

D. Origo a spina antica superiore ossis ilei.
E. E. Corpus carnosum secus femur oblique descendens.
F. F. Insertio in spinam anticam superiorem tibiae.
G. G. Portio musculi bicipitis.
H. Portio musculi orbicularis genu, seu subtercruralis.

MUSCULUS VASTUS EXTERNUS

I. I. I. I. Pars externa.
K. K. Nexus tendineus cum musculo recto, et insertio rotularis.

MUSCULUS RECTUS ANTICUS, SEU RECTUS CRURIS

L. Pars superior.
M. M. Margo carnosus externus.
N. N. —— —— internus.
O. Conjunctio cum utroque vasto, et in rotulam insertio.

MUSCULUS VASTUS INTERNUS

P. P. P. Portio interna.
Q. Q. Nexus tendineus cum musculo recto, et insertio interna rotularis.
R. R. R. Portio musculi iliaci interni.
S. Portio musculi abductoris longi.

MUSCULUS GRACILIS, SEU RECTUS INTERNUS

T. T. T. Egressus superior, et per internam femoris partem decursus.
U. Insertio tendinea in superiorem partem spinae anticae tibiae.

MUSCULI REGIONIS FEMORALIS AD LAEVAM

A. Portio musculi glutei majoris.

MUSCULUS ABDUCTOR MAGNUS

B. B. B Locus ubi conspiciendus, ejusque decursus.
C. C. Pars tendinea hinc enascens.
D. Anulus tendineus ab hujus conjunctione cum vasto interno, per quem vasa cruralia.
E. Portio musculi adductoris brevis.

MUSCULUS SEMITENDINOSUS

F. F. Pars inferior.
G. G. Tendo.
H. H. Insertio in spinam anticam superiorem tibiae.
I. Portio extremi inferioris musculi sartorii.
K. Insertio in spinam anticam superiorem tibiae.
L. Portio tendinis musculi recti interni, seu gracilis, ejusque insertio in spinam anticam superiorem tibiae.
M. M. Pars antica musculi glutei medii.
N. N. —— —— iliaci interni.

MUSCULUS RECTUS ANTICUS E LOCO SEMOTUS

O. Pars superior ejusdem.
P. P. P. Facies interna.
Q. Insertio antica superior rotularis.

MUSCULUS CRURALIS

R. Pars superior.
S. Linea, quae hunc a musculo vasto interno sejungit.
T. Locus, ubi cum vasto interno coalescit.

MUSCULUS VASTUS INTERNUS

U. Pars superior.
V. V. V. Origo a linea aspera femorali.
W. Pars tendinea, quae una cum adductoris magni productione, anulum cruralem efformat.
X. X. Pars tendinea alia, quae cruralem petit.
Y. Insertio interna rotularis.

MUSCULI REGIONIS TIBIALIS, ET PEDIS DEXTERI

A. Pars superior musculorum gemelli interni, et solei.

MUSCULUS SOLEUS

B. B. Pars marginis tibialis, seu interni.
C. C C. Margo fibularis, seu externus.

MUSCULUS PERONEUS LONGUS E SEDE SEMOTUS

D. D. D. Facies interna.
E. Tendo longus.

MUSCULUS EXTENSOR LONGUS DIGITORUM, ET PERONEUS TERTIUS SIMUL JUNCTI

F. F. Origo fibularis extensoris longi.
G. G. — —— peronei tertii.
H. H. Tendineus nexus utriusque, et eorumdem decursus.
I. Tendo extensoris longi, qui in ulti-

mam phalangem digiti secundi se inserit.

K. Alius, qui in ultimam phalangem digiti tertii.

L. Alius, qui in ultimam phalangem digiti quarti.

M. Alius, qui in ultimam phalangem digiti quinti.

N. Tendo peronei tertii, ejusque in ultimum metatarsum insertio.

O. Pars musculi peronei brevis.

MUSCULUS EXTENSOR PROPRIUS POLLICIS

P. P. P. Origo a ligamento interosseo.

Q. Q. Alia ab osse fibulari.

R. Tendo, ejusque

S. Insertio in ultimam pollicis phalangem.

MUSCULUS TIBIALIS ANTICUS E SEDE SEMOTUS

T. T. Hujus interna facies.

U. Tendo, qui inde

V. Petit os cuneiforme majus.

MUSCULUS EXTENSOR BREVIS DIGITORUM

X. X. Ejus pars.

Y. Y. Y. Y. Tendines, qui ad quatuor primos digitos.

MUSCULI REGIONIS TIBIALIS AD LAEVAM

MUSCULUS EXTENSOR LONGUS DIGITORUM, UNA CUM PERONEO TERTIO E SEDE SEMOTO

A. A. Portio originis a capite fibulari.

B. B. — —— a spina antica tibiae.

C. C. — —— a spina antica fibulae.

D. Origo peronei tertii.

E. E. Tendo ab utroque musculo enascens, ejusque divisiones: videlicet

F. Tendo, qui ad digitum secundum.

G. — —— digitum tertium.

H. — —— digitum quartum.

I. — —— digitum quintum, seu minimum.

K. Tendo peronei tertii.

MUSCULUS TIBIALIS ANTICUS

L. L. Origo tibialis.

M. M. Alia a ligamento interosseo.

N. N. Tendo, ejusque in os cuneiforme majus insertio.

O. O. Egressus tendinis musculi extensoris proprii pollicis, ejusque insertio in hujus ultimam phalangem.

P. P. Pars inferior tendinis flexoris longi digitorum.

Q. Q. Q. Pars tendinis musculi tibialis postici, ejusque insertio in os naviculare, et multangulum major.

R. R. Pars musculi flexoris longi pollicis.

MUSCULUS PLANTARIS LONGUS

S. S. Pars superior ejusdem.

T. T. Tendo longus, ejusque conjunctio cum altero musculi gemelli, et solei.

MUSCULUS SOLEUS

U. U. U. Pars interna, et origo tibialis.

V. V. — media, et tendinea.

MUSCULUS GEMELLUS A SEDE SEMOTUS

W. W. W. Pars interna, seu tibialis.

X. X. X. — externa, seu fibularis.

Y. Y. Facies interna, ejusque conjunctio cum musculo soleo, et plantari; unde

Z. Z. Tendo Achillis, ejusque in calcaneum insertio.

MUSCULI REGIONIS PEDIS AD LAEVAM

A. Portio musculi extensoris brevis digitorum.

B. Pars flexoris brevis prope calcaneum.

MUSCULUS FLEXOR BREVIS POLLICIS

C. Origo a cuneiformi majore.

D. Insertio in osse sesamoideum externum.

MUSCULUS ABDUCTOR BREVIS POLLICIS E SEDE SEMOTUS

E. E. Portio hujus originis a calcaneo.

F. Insertio in primam pollicis phalangem.

G. G. Margo internus expansionis plantaris.

ARTERIAE

ARTERIAE REGIONIS FRONTALIS, ET TEMPORALIS

ARTERIAE OPHTALMICAE

a. Egressus arteriae ophtalmicae ad laevam.

a. Ophtalmica angularis interna ad dexteram.

b. Ramus angularis nasalis superior.

c. —— supra-orbitalis, seu frontalis medius.

d. Ramus superciliaris;
e. —— frontalis externus.
f. Truncus praecipuus arteriae ophtalmicae, seu frontalis internus.
g. Decursus, et propagines per pericranium.

ARTERIA TEMPORALIS

a. Parva portio trunci praecipui.
b. Ramus parotideus profundus excisus.
c. —— auricularis inferior.
d. —— mastoideus excisus.
e. —— massetericus, seu transversus faciei.
f. Ramus temporalis profundus.
g. —— temporalis superficialis posticus.
h. —— temporalis superficialis anticus.
i. Ramus temporo-orbitalis externus, seu zygomaticus.
k. Ramus temporo-auricularis superior.
l. m. Rami temporo-occipitales.

ARTERIAE REGIONIS FACIALIS

ARTERIA INFRAORBITALIS

a. Egressus per foramen suborbitale: hinc
b. c. Rami nasales medii.

ARTERIA MAXILLARIS INFERIOR

a. Ejus processus a mandibula inferiori.

ARTERIAE REGIONIS LATERALIS COLLI, ET FACIEI

ARTERIA CAROTIS

a. Portio carotidis primitivae secus collum.
b. Truncus, et rami superficiales arteriae thyroideae superioris.
c. Portio arteriae laryngeae.
d. —— lingualis.
e. —— facialis.
f. Rami excisi, qui ad glandulas lymphaticas superiores, et ad musculum sterno-cleido mastoideum, quorum vero propago *f* super eumdem musculum.
g. Portio arteriae occipitalis, ejusque propagines, quae ad splenium, complexum, et sterno-cleido mastoideum excisum; continuatio vero *g* ejusdem arteriae super hunc musculum.
h. Truncus facialis excisus, qui ad glandulam submaxillarem.
i. Ramusculi, qui ad musculum biventrem; et
k. Alius submaxillaris profundus.
l. Rursus arteria facialis.
m. Ramus tibialis inferior superficialis.
n. o. Rami masseterici inferiores antici.
p. q. —— —— inferiores postici.
r. Continuatio praecipui trunci facialis.
s. Ramus buccinatorius.
t. —— ascendens facialis profundus.
u. —— angularis labiorum, ejusque divisio.
v. Ramus, qui ad musculum depressorem labii, et ad periostium mandibulae inferioris.
x. y. Rami coronales, et labiales inferiores.
z. Ramus coronalis labii superioris.
a. —— qui ad septum medium narium.
b. —— nasalis inferior.
c —— nasalis lateralis profundus.
d. e. Rami nasales medii.

ARTERIA LARYNGEA INFERIOR

a. Hujus portio in antica, et inferiori parte colli.
b. Ramusculus, qui ad glandulam thyroideam, et ad anticam atque inferiorem partem laryngis.

ARTERIAE CERVICALES INFERIORES

a. Parva portio arteriae subclaviae.
b. Ramusculus supraclavicularis excisus.
c. Arteria scapularis superficialis.
d. e. Rami cucullares superficiales: hinc
f. Progressus arteriae scapularis superioris, seu cervicalis transversae.
g. Ramus ascendens cervicalis, qui ad musculum elevatorem scapulae.
h. Continuatio trunci praecipui, ejusque divisiones: videlicet
i. k. l. m. Rami cucullares ascendentes.
n. o. p. q. —— —— descendentes, et scapulares superiores.

ARTERIAE REGIONIS CLAVICULARIS, ET AXILLARIS AD DEXTERAM

ARTERIA AXILLARIS

a. Egreditur subter musculum subclavium *a*, et inde inter musculos humeri se inserit.

b. c. Ramusculi axillares deltoidei excisi; continuatio vero *b. c.* eorumdem super hunc musculum; et inde
d. Pergunt ad ramusculum subclavicularem anticum.
e. f. Rami coracoidei.
g. Ramus deltoideus excisus; ejus vero continuatio *g* super musculum ejusdem nominis.
h. i. k. Rami axillares thoracici excisi, qui ad musculos pectoris.
l. Truncus axillaris thoracicus anticus, seu mammarius externus.
m. n. Rami thoracici hinc enascentes, eorumque decursus.
o. Ramus axillaris thoracicus externus excisus, qui ad musculum pectoris minorem.
p. Portio arteriae circumflexae anticae, quae
q. Hinc rursus egreditur,
r. s. Rami circumflexi, qui ad sulcum bicipitis.

ARTERIAE REGIONIS LATERALIS THORACIS AD DEXTERAM

ARTERIA THORACICA LONGA

a. Ejus egressus ad axillae cavum: hinc emittit
b. c. Ramos thoracicos superiores;
d. e. —— —— medios;
f. g. h. i. k. l. Ramos thoracicos inferiores, omnes super serratum majorem repentes; nec non
m. Ramum, qui ad musculum latissimum dorsi.

ARTERIAE REGIONIS HUMERALIS AD DEXTERAM

a. b. c. d. e. Ad hanc pertinent interni, externique rami, musculum bicipitem irretientes.

ARTERIA COLLATERALIS EXTERNA ATQUE MAJOR

a. Truncus praecipuus, egrediens inter deltoidem, et musculum tricipitem.
b. c. d. Rami ascendentes deltoidei, et tricipitales.
e. f. g. h. i. Rami bicipitales externi.
k. Descensus trunci collateralis praecipui.
l. m. n. o. Rami tricipitales externi medii.
p. q. r. Rami, qui ad brachialem internum, et ad longum supinatorem.
s. t. u. Rami tricipitales externi, et qui ad supinatorem longum.
v. x. y. Rami alii tricipitales externi inferiores, et qui ad musculum radialem.
z. Ultima propago arteriae collateralis, ejusque cum interossea superficiali anastomosis.

ARTERIAE REGIONIS CUBITALIS AD DEXTERAM

ARTERIA INTEROSSEA, SEU PERFORANS SUPERIOR

a. Egressus trunci praecipui subter musculum supinatorem brevem.
b. Ramus ascendens excisus.
c. Anastomosis cum collaterali externa.
d. e. f. Rami subcutanei excisi.
g. Ramus alius ascendens.
h. i. k. Rami, qui ad supinatorem brevem, et radialem externum brevem.
l. m. Rami, qui ad supinatorem longum.
n. Ramus alius ascendens.
o. p. q. r. s. Rami, qui ad utrumque musculum externum longum, et brevem radii.
t. u. v. x. y. z. Rami, qui ad adductorem longum pollicis, et ad ulnarem externum.
a. Descensus trunci praecipui ejusdem interosseae.
b. c. d. e. f. g. Rami excisi, qui ad extensorem communem digitorum.
h. Ramus, qui ad musculum indicatorem.
i. k. l. m. Rami, qui ad periostium ulnae.
n. o. Anastomosis ejusdem cum arteria perforante altera super capitulum ulnae.
a. Truncus alter ejusdem interosseae, seu perforans altera, circa medium cubiti.
b. c. d. e. f. g. h. i. Rami, qui ad musculos proprios pollicis, et ad extensorem communem digitorum.
k. Arteria perforans tertia ab eadem interossea in inferiore parte cubiti.
l. m. Rami cubitales inferiores, qui ad periostium radii.
n. Arteria perforans quarta inter musculum extensorem longum pollicis, et indicatorem.

o. p. Rami per hos musculos repentes.

q. Arteria perforans quinta inter musculum indicatorem, et capitulum ulnae.

r. Ramus anastomoticus cum perforante prima.

s. t Rami carpei, eorumque anastomoses cum carpeis radialibus.

ARTERIA RADIALIS

a. Egressus arteriae radialis ad flexuram cubiti.

b. c. Rami adscendentes cubitales interni.

d. e. f. — —— cubitales medii.

g. Ramus, qui ad musculum radialem externum longum.

h. Ramus recurrens radialis, seu condyloideus externus.

i. k. Rami, qui ad utrumque radialem externum.

l. m. Rami, qui ad supinatorem longum, et pronatorem rotundum.

n. Continuatio trunci praecipui radialis.

o. Locus ubi profundus evadit pone radium.

p. Ramusculus, qui ad capsulam inferiorem radii.

ARTERIAE REGIONIS DORSALIS MANUS AD DEXTERAM

q. Arteria radialis rursus egressa in manus dorsum.

r. Initium arcus dorsalis carpi.

s. Ramus, qui ad capsulam articularem antibrachii, et manus.

t. Ramus anastomoticus cum tertia perforante.

u. Continuatio arcus dorsalis carpi.

v. Ramus anastomoticus cum perforante quinta: hinc

x. y. z. Rami dorsales carpo-metacarpei.

ARTERIAE METACARPEAE, ET DIGITO-DORSALES

a. Arteria metacarpea radialis prima, intra metacarpum digiti indicatoris, et medii.

b. c. d. Ramusculus cum aliis metacarpeis dorsalibus communicans.

e. f. Continuatio trunci praecipui inter ipsos.

g. Ejusdem bipartitio.

h. i. Rami digito-dorsales, qui ad marginem ulnarem digiti indicatoris.

k. l. m. Rami digito-dorsales, qui ad marginem radialem digiti medii.

n. Ramus, digitales palmares petens.

o. Arteria metacarpea radialis secunda, inter indicatorem et pollicem.

p. Locus ubi arcum palmarem profundum petit.

q. r. Continuatio trunci praecipui secus metacarpum indicatoris.

s. t. u. Rami digito-dorsales, qui ad ejus marginem radialem, ad cujus apicem

v. Anastomoses ineunt cum digito-palmaribus.

x. y. z. Ramusculi metacarpei, qui ad abductorem pollicis.

a. Arteria metacarpea tertia, medium inter, et annularem.

b. Continuatio trunci praecipui inter metacarpos.

c. Ejus bipartitio.

d. e. Rami digito-dorsales, qui ad marginem radialem annularis.

f. g. Rami digito-dorsales, qui ad marginem ulnarem digiti medii.

h. Ramus anastomoticus, digito-palmares arterias petens.

a. Arteria metacarpea quarta, quae inter annularem digitum, et minimum.

b. Ramus anastomoticus ad metacarpeam ulnarem.

c. Continuatio trunci praecipui inter metacarpos: hinc

d. Ejusdem bipartitio; unde

e. f. Rami digito-dorsales, qui ad marginem ulnarem digiti annularis; et

g. h. Rami digito-dorsales, qui ad marginem radialem digiti minimi.

i. Anastomosis ejusdem cum palmaribus.

a. Arteria metacarpea quarta ab ulnari procedens, inter metacarpum, et musculum abductorem digiti minimi.

b. Ramus recurrens ejusdem.

c. Continuatio trunci praecipui.

d. e. Rami digito-dorsales, qui ad marginem ulnarem digiti minimi.

ARTERIAE DIGITO-PALMARES, IN DIGITORUM DORSO

a. Arteria prima digito-palmaris interna pollicis.

b. c. Rami ad dorsales externos.

d. e. — digito-dorsales, seorsim egredientes.

f. g. Rami digitales, qui ad marginem ulnarem.

h. Arcus in extremum pollicis.

a. Arteria digito-palmaris secunda, secus marginem ulnarem indicatoris.

b. c. Continuatio et decursus; inde

d. Arcus digitalis, et anastomosis cum metacarpea radiali.

a. Arteria digito-palmaris tertia, secus marginem radialem digiti medii.

b. Continuatio, et decursus.

a. Arteria digito-palmaris quarta secus marginem ulnarem.

b. c. Decursus, et anastomosis cum ramis marginis radialis.

d. Arcus digitalis in extremum ejusdem digiti.

a. Arteria digito-palmaris quinta, quae ad marginem radialem digiti annularis.

b. Decursus, et continuatio ejusdem.

a. Arteria digito-palmaris sexta, quae ad marginem ulnarem ejusdem digiti annularis.

b Decursus, et continuatio ejusdem.

c. Arcus digitalis, et anastomosis cum arteria marginis radialis.

a. Arteria digito-palmaris septima, quae ad marginem ulnarem digiti minimi.

b. Continuatio, et anastomosis cum metacarpea.

ARTERIAE REGIONIS AXILLARIS, LATERALIS THORACICAE, ET HUMERI AD LAEVAM

ARTERIA THORACICA ANTICA

a. Arteria thoracica anterior, prope venam subclaviam excisa; continuatio vero *a* quae per internam faciem musculi pectoralis majoris.

b. c. d. e. Rami alii excisi per eumdem musculum repentes.

f. g. Rami deltoidei antici.

h. i. — musculi subclavii.

ARTERIA HUMERALIS

a. Arteria humeralis in axillae cavum.

b. c. Rami pectorales excisi.

d. Ramus, qui ad musculum coraco-brachialem una cum nervo musculo-cutaneo.

e. Arteria thoracica longa, ejusque decursus.

f. g. Rami thoracici antici.

h. Portio arteriae circumflexae anticae humeralis.

i. Portio arteriae infrascapularis.

k. Ramus, qui ad musculum coraco-brachialem.

l. Ramus bicipitalis superior excisus; ejus vero continuatio *l* super musculum cognominem.

m. n. Rami subcutanei interni medii excisi.

o. Ramus bicipitalis medius excisus, nec non ejusdem continuatio *o. o.* super hunc musculum.

p. Ramus, qui ad brachialem internum.

q. —— bicipitalis inferior.

r. s. Rami subcutanei humerales inferiores excisi.

t. u. Rami subcutanei humerales, et bicipitales superiores.

v. Ramus tricipitalis medius.

x. Arteria collateralis superior interna, ejusque decursus *x* una cum nervo cubitali; ad hanc pertinent

y. z. Rami tricipitales medii.

a. Ramus, qui ad caput minimum tricipitis.

b. Arteria radialis, ejusque origo ab humerali in superiori parte humeri.

c. Arteria collateralis inferior interna.

d. Ramus tricipitalis, et humeralis inferior.

e. Continuatio trunci praecipui una cum nervo cubitali.

f. Anastomosis ejusdem cum collaterali superiori prope olecranum.

ARTERIAE REGIONIS CUBITALIS

g. Trunci condyloidei interni, utriusque collateralis, et recurrentis ulnaris.

h. Ramus olecranus.

i. k. l. m. n. o. p. Rami, qui ad musculum ulnarem, eorumque decursus, et distributio.

q. Arteria muscularis cubitalis.

r. s. t. Rami, qui ad musculos flexores, sublimem et profundum.

u. Ramus excisus, qui ad ulnarem internam, ejus vero continuatio *u* super hunc musculum.

v. x. y. z. Rursus conspiciuntur ultimae propagines arteriae trunci muscularis, musculum flexorem sublimem perforantes.

ARTERIA ULNARIS

a. Ejus egressus in superiore cubiti parte.

b. c. d. Rami ulnares superiores, qui ad musculos flexores, sublimem et profundum.

e. f. Rami ulnares excisi, eorumque continuatio *e. f.* super musculum ulnarem internum.

g. h. i. k. l. m. Rami ulnares medii, qui ad flexores.

n. o. p. q. r. s. Rami ulnares inferiores, ad eosdem musculos.

t. Ramus anastomoticus, qui ad ulnarem superiorem.

u. v. x. Rami alii ulnares inferiores superficiales.

y. Ramus carpeo-ulnaris.

z. Truncus praecipuus ulnaris, qui inde palmaris.

ARTERIA RADIALIS

a. Ramusculus cubito-radialis inter pronatorem rotundum, et flexorem sublimem.

b. c. d. e. Rami excisi ejusdem, qui ad musculos radialem internum, et palmarem longum.

f. g. Rami, qui ad musculos radialem longum, et brevem externum.

h. Truncus praecipuus arteriae radialis circa medium cubiti.

i. k. l. m. n. o. Rami radiales, qui ad musculos flexores sublimem, et profundum.

p. Continuatio trunci praecipui.

q. r. s. Rami radiales inferiores, qui ad musculum flexorem pollicis, et ad tendines flexorum communium.

t. Bipartitio internae radialis in dorsalem, et palmarem.

u. Arteria radialis dorsalis, ubi manus dorsum petit.

v. Locus, ubi arteria radialis sub-palmaris dicitur.

ARTERIAE REGIONIS PALMARIS

x. Continuatio ejusdem in manus volam.

y. z. Ramusculi palmares, qui ad musculum opponentem pollicis.

a. Ramus palmaris superficialis excisus.

b. c. d. e. Rami, qui ad musculum abductorem pollicis excisi, et horum continuatio *b. c. d. e.* super eumdem musculum.

f. Bipartitio trunci praecipui palmaris.

g. Ramusculus, qui ad lumbricalem indicatoris; ejus vero continuatio *g* super hunc musculum.

h. i. Rami palmares excisi, qui ad abductorem pollicis; eorum continuatio super hunc musculum.

k. Truncus palmaris digitalis, qui ad marginem radialem pollicis.

l. Ramusculus palmaris excisus, qui ad lumbricalem indicatoris, ejusque *l* super hunc musculum continuatio.

m. Truncus praecipuus palmaris, qui ad marginem ulnarem pollicis.

n. o. p. Truncus, et rami digitales, qui ad marginem radialem indicatoris.

q. Ramus anastomoticus, arcum palmarem superficialem petens.

r. Truncus ultimus palmaris radialis, ejusque divisio.

s. t. u. Truncus, et rami palmares digitales, qui ad marginem ulnarem indicatoris.

v. x. y. z. Truncus, et rami digitales palmares, qui ad marginem radialem digiti medii.

a. Parvus truncus dorsalis radialis, secus marginem internum musculi opponentis.

b. Ramusculus excisus, qui ad abducto-

rem proprium *b:* hujus vero conjunctio super hunc musculum.

c. Ramusculi, qui ad musculum opponentem.

d. —— alius, qui ad eumdem abductorem excisum *d*, ejusque super hunc musculum continuatio, et cum palmari externa pollicis anastomosis.

a. Arteria palmaris externa pollicis.

ARTERIAE ULNARIS CONTINUATIO IN MANUS VOLAM

a. Truncus praecipuus palmaris ulnaris.

b. Ramus excisus, qui ad ligamentum carpo-palmare.

c. Ramus ad arcum palmarem profundum conveniens.

d. e. f. Rami palmares inferiores, qui ad musculos abductores, et flexores digiti minimi.

g. Continuatio trunci palmaris ulnaris.

h. Ramus qui ad flexorem digiti minimi.

i. Initium arcus palmaris superficialis, unde

k. Primus truncus palmaris.

l. Ramus palmaris superior, qui ad abductorem, et flexorem digiti minimi.

m n. o. Truncus, et rami palmares digitales, qui ad marginem ulnarem ipsius digiti.

p. Truncus alter palmaris ab eodem arcu procedens.

q. r. s. Truncus, et rami palmares digitales, qui ad marginem radialem digiti minimi.

t. u. v. x. Truncus, et rami digitales palmares qui ad marginem ulnarem anularis.

y. Truncus tertius palmaris ab eodem arcu procedens.

z. Bipartitio ejusdem.

a. b. Truncus, et rami digitales palmares, qui ad marginem ulnarem anularis.

c. d. e. f. Truncus, et rami digitales palmares, qui ad marginem ulnarem digiti medii.

g. Truncus metacarpeus superior ejusdem arcus palmaris.

h. i. Rami ulnares, qui ad lumbricalem digiti medii *h. i.*, eorumque super hunc musculum continuatio.

k. l. Rami palmares, qui ad adductorem pollicis.

ARTERIAE REGIONIS ANTICAE THORACIS AD DEXTERAM, AD MAMMARIAM INTERNAM PERTINENTES

a. Primus truncus thoracicus anticus mammarius, primam inter et secundam costam.

b. c. d. Rami pectorales externi costales excisi, ad eumdem pertinentes.

a. Truncus thoracicus mammarius, secundam inter et tertiam costam: unde

b. c. Rami sterno-costales, et pectorales excisi.

a. Alius truncus, tertiam inter et quartam costam.

b. Ramus sterno-costalis excisus, et

a. b. c. d. e. f. Sex alii trunci excisi ab eadem mammaria procedentes, quartam inter et quintam costam repentes.

ARTERIAE REGIONIS LATERALIS THORACIS, ET ABDOMINIS AD INTERCOSTALES, ET LUMBARES EJUSDEM LATERIS PERTINENTES

a. b. c. d. e. Trunci thoracici intercostales laterales, musculum serratum majorem transfodientes, qui excisi per eamdem superficiem repunt.

a. b. Trunci alii excisi ab iisdem intercostalibus procedentes, quintam inter et sextam costam.

a. b. c. Rami alii pariter excisi ejusdem originis, sextam inter et septimam costam.

a. b. Alii, septimam inter, et octavam.

a. b. c. Alii, octavam inter et nonam.

a. b. — nonam inter et decimam.

a. — decimam inter et undecimam.

a. b. Alii, secus marginem inferiorem undecimae.

c. d. e. Rami abdominales per musculum obliquum externum repentes, et ibidem excisi.

f. Parvus truncus e lumbaribus, secus marginem superiorem cristae ossis ilei; unde

g. Continuatio, et decursus ejusdem, nec non

h. i. Rami glutei medii, eorumque distributio.

k. l. m. n o. p. q. Rami intercostales, et lumbares excisi, super musculum obliquum internum.

r. s. t. u. Rami ejusdem originis, secus marginem externum musculi recti.

ARTERIAE REGIONIS ANTICAE ABDOMINALIS PARITER AD DEXTERAM

v. x. y. z. Rami epigastrici inferiores externi, eorumque anastomoses cum intercostalibus et lumbaribus, secus marginem externum musculi recti.

a. b. c. d. Rami epigastrici inferiores, quintam partem carneam musculi recti transfodientes.

e. f. g. h. i. k. l. m. n. Rami epigastrici alii, quartam partem carneam ejusdem musculi perforantes.

o. p. q. r. s. Alii qui et partem tertiam transfodiunt.

u. v. x. Trunci mammarii, seu epigastrici superiores, per secundam partem carneam ejusdem musculi repentes.

y. z. a. b. c. d. Mammarii alii e prima parte carnea ejusdem musculi prodeuntes.

e. f. g. Egressus rami mammarii inter duas ultimas cartilagines proprias costarum.

ARTERIAE REGIONIS THORACIS ANTICAE AD LAEVAM

a. Primus truncus thoracicus anticus mammarius, primam inter et secundam costam.

b. c. d. e. Rami sterno-costales, et pectorales excisi. Horum continuatio *c. d.* super musculum pectoralem majorem.

a. b. c. d. Vascula alia, ad thoracicos anticos et mammarios pertinentes, secundam inter et tertiam costam, quae super sternum, et musculum pectoralem majorem repunt, eorumque continuatio *a. b.*

a. Truncus alter, tertiam inter et quartam costam; unde

b. c. Rami sterno-pectorales excisi.

d. e. — alii intercostales seorsim, tertiam inter et quartam costam exeuntes.

a. Truncus alius thoracicus anticus mammarius, quartam inter et quintam costam; unde

b. c. Rami sterno-costales excisi.

d. Ramus alius intercostalis seorsim apparens.

e. Ramusculus thoracicus anticus mammarius, quintam inter et sextam costam.

f. Ramus alius, sextam inter et septimam costam.

ARTERIAE REGIONIS LATERALIS THORACIS AD INTERCOSTALES, ET LUMBARES PERTINENTES, PARITER AD LAEVAM

a. b. c. d. Ramusculi intercostales laterales excisi, quintam inter et sextam costam, qui musculum obliquum internum petunt.

a. b. c. d. e. Rami intercostales laterales, septimam inter et octavam costam repentes, qui ad eumdem musculum.

a. b. c. Rami intercostales laterales excisi, ac repentes octavam inter et nonam, qui pariter ad eumdem musculum.

a. Trunculus intercostalis abdominalis, secus marginem cartilagineum nonae costae.

b. c. Rami, qui ad musculos obliquum externum, et transversum.

d. Ramus anticus superior abdominalis, qui ad musculum transversum.

e. Ejus anastomosis cum arteria epigastrica inferiori.

f. Continuatio trunci praecipui secus marginem cartilagineum ejusdem costae.

g. h. i. k. Rami abdominales superiores, qui ad musculos obliquum externum, et transversum.

l. Anastomosis cum mammaria interna.

a. Alius truncus intercostalis abdomina-

lis, secus marginem cartilagineum decimae costae.

b. Anastomosis cum praecedente intercostali.

c. d. e. f. Rami abdominales superiores, qui ad musculos obliquum internum, et transversum.

g. h. Rami, qui epigastricam inferiorem petunt.

a Alius parvus truncus intercostalis abdominalis, inter musculos obliquum internum, et transversum.

b. Anastomosis cum praecedente intercostali.

c. d. e. f. g. Rami abdominales, qui ad musculos transversum, et obliquum internum.

a. Trunculus lumbaris abdominalis inter obliquum internum, et transversum.

b. c. Ramusculi, qui ad obliquum internum.

d. Anastomosis cum intercostali abdominali praecedente.

e. Anastomosis altera cum iliaca circumflexa.

a Alius truncus lumbaris abdominalis inter obliquum internum, et transversum.

b. c. Ramusculi, qui ad musculum transversum.

ARTERIAE REGIONIS ANTICAE ABDOMINALIS

ARTERIA MAMMARIA INTERNA, SEU EPIGASTRICA SUPERIOR

a. Haec apparet infra marginem cartilagineum septimae costae.

b. Ramusculus ascendens sterno-costalis.

c. d. e. f. Ramusculi alii excisi, qui ad cartilaginem ensiformem, et ad lineam albam.

g. Descensus trunci mammarii praecipui.

h. Ramus superior excisus, qui ad musculum rectum.

i. Conjunctio mammariae cum intercostali abdominali, secus marginem cartilagineum septimae costae.

k. l. m. n. o. Rami superiores excisi, qui ad musculum rectum.

p. Anastomosis mammariae cum epigastrica inferiori.

q. Ramus mammarius excisus, qui ad superiorem partem lineae albae.

r. Ramus mammarius excisus, qui per eamdem lineam descendit.

s. Hujus conjunctio cum epigastrica inferiori.

ARTERIA EPIGASTRICA INFERIOR

a. Origo a crurali.

b. Truncus epigastricus inferior internus.

c. d. e Rami excisi, qui ad musculum pyramidalem.

f. g. h. Rami excisi, qui ad musculum rectum.

i. Parvus truncus epigastricus externus.

k. Ramus, qui ad musculum transversum.

l. Truncus epigastricus externus ascendens.

m. n. o. Rami excisi, qui ad musculum rectum.

p. Anastomosis externa epigastrica cum mammaria.

q. Truncus epigastricus internus.

r. Ramus excisus, qui ad musculum rectum, et ad lineam albam.

s. Ramus umbilicalis, ejusque anastomosis interna cum mammaria.

t. u. Rami, qui ad musculos transversum, et ad rectum.

v. Progressus ad truncum epigastricum medium.

x. y. z. a. b. Rami excisi, qui ad musculum rectum.

c. Anastomosis cum intercostalibus abdominalibus.

d Ramus medius, qui ad musculum rectum.

e. Anastomosis cum alia intercostali abdominali.

f Ramus excisus, qui ad rectum, hujusque decursus, et anastomosis cum ramo medio mammariae internae.

ARTERIA CIRCUMFLEXA ILIACA

a. Origo ab arteria crurali.

b. c. d. e. Rami abdominales, qui ad musculos transversum, et obliquum internum.

f. Conjunctio cum propagine externa epigastricae.

g. h. i. Rami medii, qui ad musculum transversum.

k. l. Anastomoses cum intercostalibus abdominalibus.

m. Ramus, qui ad musculum obliquum internum excisus, secus spinam ossis ilei.

n. o. Rami, qui ad musculum transversum.

p. Continuatio trunci praecipui arteriae circumflexae abdominalis.

q. Ejusdem trunci conjunctio cum intercostalibus abdominalibus, et cum lumbaribus.

ARTERIAE REGIONIS PUDENDAE AD LAEVAM

ARTERIA PUDENDA INTERNA

a. Truncus pudendus superficialis dorsalis, prope basim penis excisus.

b. Ramus pudendus lateralis ab eodem.

ARTERIAE REGIONIS FEMORALIS ANTICAE AD DEXTERAM

ARTERIA EPIGASTRICA

a. Pars ejusdem, a crurali procedens, et a pelvi nondum egressa.

ARTERIA ILIACA CIRCUMFLEXA

*a.** Origo ejusdem a crurali.

ARTERIA ABDOMINALIS EXTERNA

*a.*** Origo a praecedenti circumflexa iliaca.

b. Ramus excisus, qui ad glandulas inguinales.

c. Ramus, qui ad musculos obliquum externum, et iliacum internum.

d. e. f. g. h. Rami, qui ad musculos obliquum externum, et iliacum internum.

ARTERIA CRURALIS

a. a. Portio ejusdem in superiore femoris parte.

b. c. Rami excisi, qui ad musculum sartorium; continuatio vero *b. c.* super hunc musculum.

d. Truncus pudendus superior externus excisus.

e. Ramusculus inguinalis internus.

f. Truncus pudendus medius excisus.

g. —— —— inferior.

h. i. Ramusculi crurales ascendentes, qui ad musculos psoas, et iliacum internum.

k. Truncus descendens cruralis externus: hinc

l. m. Rami, qui ad musculum rectum cruralem.

n. Truncus superficialis a circumflexa externa ascendens, secus marginem internum, et superiorem musculi recti cruris.

o. Ramus, qui ad musculos psoas, et ad iliacum internum.

p. Ramus excisus, qui ad sartorium.

q. r. s. t. u. Decursus, et distributio superficialis trunci praecipui.

v. Continuatio ejusdem, et progressus sub musculum sartorium.

x. y. z. Rursus se ostendit super musculum gluteum medium.

a. Truncus transversus superficialis ejusdem circumflexae, secus marginem externum et superiorem recti.

b. Progressus ejusdem subter musculum sartorium; qui

c. Rursus super gluteum medium.

d. e. Ultimae propagines ejusdem, quae ad musculum tensorem vaginae femoris.

TRUNCI ARTERIOSI FEMORALES, ANTICAM ET EXTERNAM PARTEM FEMORIS PERFORANTES

a. Truncus e parte superiore et externa musculi recti egrediens; unde

b. Ramusculus subcutaneus.

c. Truncus alius ab eadem parte procedens.

d. Ramus alius perforans superior, inter rectum et vastum externum.

e. Alius perforans medius inter eosdem musculos.

f. g. Ramusculi, qui ad vastum externum.

h. i. —— alii vasti externi, partem mediam perforantes.

k. Continuatio perforantis medii *e*.

l. m. Ramusculi, qui ad partem inferiorem musculorum vasti externi, et recti.

n. Ramus, partem anticam et inferiorem vasti interni transfodiens.

o. Ramus, qui ad partem internam, et inferiorem recti.

p. Ramus alius eamdem musculi partem transfodiens.

q. Ramus perforans inferiorem partem musculi vasti interni; unde

r. Ramusculus subcutaneus.

s. t. u. Rami alii, partem inferiorem vasti interni perforantes.

v. x. y. Rami, qui tendineam partem utriusque vasti, et musculi recti transfodiunt.

ARTERIA FEMORALIS PROFUNDA

a. Truncus anticus ejusdem, e superiore femoris parte egrediens.

b. Ramusculus, qui ad partem internam et superiorem musculi recti.

c. Ramus excisus, qui ad sartorium; continuatio vero *c* super eumdem musculum.

d. Ramus, qui ad musculum rectum cruris.

e. f. Rami superficiales, eorumque distributio.

g. Ramus, qui ad vastum internum.

h. —— excisus, qui ad sartorium; continuatio vero *h* super hunc musculum.

i. k. Rami crurales ascendentes, et descendentes interni.

l. Ramus, qui ad musculum gracilem.

m. —— internus excisus, qui superficiem cruris petit.

n. Ramus partem mediam sartorii petens; continuatio vero *n* super hunc musculum.

o. p. q. Rami, qui ad musculum gracilem, horumque decursus et distributio.

r Truncus cruralis alius, qui ad partem inferiorem femoris.

s. Ramusculus excisus, qui ad inferiorem partem musculi sartorii; continuatio vero *s* super hunc musculum.

t. Ramusculus, qui ad musculum gracilem, ejusque distributio.

u. Ramusculus ejusdem cruralis excisus in superiore parte femoris, qui ad sartorium; continuatio vero *u* super hunc musculum.

ARTERIAE REGIONIS GENU AD DEXTERAM

ARTERIA ARTICULARIS SUPERIOR INTERNA

a. Pars ejusdem.

b. c. Rami suprarotulares, et articulares interni, nec non

d. Ramus capsularis.

ARTERIA ARTICULARIS SUPERIOR EXTERNA

a. Portio ejusdem.

b. c. d. Rami capsulares, et articulares ascendentes, et descendentes interni.

e. Ramus rotularis, ejusque anastomosis cum ramo articulari inferiori externo.

ARTERIA ARTICULARIS INFERIOR INTERNA

a. Portio ejusdem.

b. Ramus, qui ad capsulam articularem, et ad cartilaginem lunatam externam.

c. Ramus rotularis, ejusque anastomosis cum articulari superiore.

ARTERIA ARTICULARIS INFERIOR INTERNA

a. Ramus, qui ad cartilaginem lunatam internam.

b. c. Rami seorsim egredientes, qui ad ligamentum rotulare, et ad capsulam articularem.

ARTERIAE REGIONIS CRURIS AD DEXTERAM

ARTERIAE POPLITEAE SECUS NERVUM POPLITEUM EXTERNUM

a. Ramusculus popliteus, qui ad capitulum fibulae.

b. c. d. e. f. g. h. i. Ramusculi poplitei excisi, qui ad peroneum longum; continuatio vero *b. d. f. h.* super eumdem musculum.

k. l. Rami, qui ad peroneum longum excisi secus fibulam; continuatio vero *k l.* super hunc musculum.

TRUNCI ARTERIACI E PERONEA PROCEDENTES

a. Truncus anticus ab inferiore parte cruris egrediens.

b. Truncus supra-malleolaris externus.

c. d. Rami peronei malleolares.

e. Ramus malleolaris ascendens, ejusque anastomosis, cum ramo *h*, nervos popliteos comitante.

f. Ramus subter malleolaris.

g. —— dorsalis superficialis excisus.

h. Continuatio trunci praecipui pone malleolum externum.

PROPAGINES ARTERIAE TIBIALIS POSTICAE SECUS INTERNAM CRURIS PARTEM

a. b. Ramusculi tibiales superiores.

c. d. —— tibiales medii.

e. f. g. —— tibiales inferiores, eorumque anastomosis cum tibialibus internis super periostium.

ARTERIA TIBIALIS ANTICA

a. Egressus e superiore parte cruris.

b. Truncus tibialis ascendens, seu recurrens.

c. Ramus subcutaneus recurrens excisus.

d. —— qui ad musculum extensorem longum digitorum.

e. Ramus excisus, qui ad tibialem anticum; continuatio vero *e* super hunc musculum.

f. Ramus, qui ad capsulam ligamentosam fibulae.

g. Ramus alius excisus, qui ad tibialem anticum; continuatio vero *g* super hunc musculum.

h. i. Rami, qui ad periostium, et condylum externum tibiae.

k. l. m. Rami tibiales subcutanei excisi, qui ad partem anticam et superiorem cruris.

n. Ramus, qui ad musculum extensorem longum digitorum.

o. Ramus excisus, qui ad tibialem anticum; continuatio vero *o* super hunc musculum.

p. q. Rami tibiales subcutanei, qui ad partem superiorem, et externam cruris.

r. Ramus excisus, qui ad musculum tibialem anticum; continuatio vero *r* super eumdem musculum.

s. Ramus tibialis subcutaneus excisus, qui ad partem superiorem, et externam cruris.

t. u. v. x. Rami tibiales antici superiores, qui ad periostium tibiae.

y. z. Rami tibiales, qui ad extensorem communem digitorum.

a. b. c. d. Rami subcutanei tibiales excisi, qui ad partem anticam, et mediam cruris.

e. f. g. Ramus, qui ad musculum extensorem digitorum.

h. Ramus excisus, qui ad tibialem anticum; continuatio vero *h* super hunc musculum.

i. Ramus, qui ad periostium tibiae.

k. l. Rami tibiales subcutanei excisi, qui ad partem externam et mediam cruris.

m. Ramus, qui ad musculum extensorem proprium pollicis.

n. o. p. Rami, qui ad partem mediam periostii tibiae.

q. r. s. Rami tibiales subcutanei medii excisi, qui ad partem externam cruris.

t. u. Rami excisi, qui ad musculum tibialem anticum.

v. x. Rami, qui ad musculum extensorem proprium pollicis.

y. z. Rami subcutanei tibiales inferiores externi excisi.

a. b. c. d. e. f. Rami tibiales inferiores, qui ad periostium tibiae, eorumque anastomoses cum tibialibus posticis.

ARTERIAE REGIONIS DORSALIS PEDIS AD DEXTERAM

g. Arteria tibialis antica, ejusque super hanc regionem bipartitio.

h. Ramus anastomoticus cum plantaribus.

i. —— metatarseus dorsalis pollicis, ejusque divisio.

k. l. Truncus et rami digitales dorsales, qui ad marginem internum digiti secundi; ejusque

m. Anastomosis, cum perforante plantari super dorsum ejusdem digiti.

n. Truncus et ramus digito-dorsalis, qui ad marginem externum pollicis.

o. Anastomosis ejusdem cum plantari interna super dorsum pollicis.

ARTERIA PLANTARIS INTERNA

a. Parvus truncus ejusdem, secus marginem internum metatarsi pollicis.

b. c. Rami digitales interni, eorumque anastomoses cum dorsalibus externis.

ARTERIA PERFORANS AB EADEM PLANTARI INTERNA PROCEDENS

a. Perforans prima prope extremum me-

tatarsi secundi et tertii digiti, ejusque triplex divisio.

b. Ramus, qui ad musculum interosseum externum.

c. d. Truncus, et rami digitales, qui ad marginem externum digiti secundi, ejusque anastomosis cum ramo digitali dorsali externo.

e. f. Truncus, et ramus digitalis, qui ad marginem internum digiti tertii.

g. Hujus anastomosis cum perforante secunda.

a. Arteria perforans secunda, tertium inter et quartum digitum.

b. Ramus digitalis, qui ad marginem internum digiti quarti.

c. Ramus digitalis, qui ad marginem externum digiti tertii.

d. Ramus anastomoticus cum perforante tertia.

e. Ramus anastomoticus cum perforante prima.

a. Arteria perforans tertia, quartum inter et quintum digitum.

b. Ramus digitalis, qui ad marginem internum digiti minimi.

c. Ramus digitalis, qui ad marginem externum digiti quarti.

ARTERIA PLANTARIS EXTERNA

a. Ramusculus ad eamdem pertinens, secus marginem internum digiti minimi, ejusque super ejus dorsum divisio.

ARTERIAE REGIONIS FEMORALIS AD LAEVAM

ARTERIA CIRCUMFLEXA INTERNA

a. Hujus egressus inter os pubis, et venam cruralem.

b. c. d. Truncus, ejusque rami excisi, qui ad pectineum musculum, et ad periostium pubis.

e. Ramus cum obturatore anastomosin iniens.

f. g. h. Rami circumflexi interni, quorum nonnulli excisi, qui ad musculos obturatorem externum, et pectineum.

i. Ramus circumflexus trocantericus minor.

k. l. Rami, qui ad glandulas lymphaticas.

m. Trunci circumflexi, in ramos ascendentes et descendentes, nec non superiores et inferiores divisi.

n. o. Rami ascendentes, qui ad musculos gracilem, et obturatorem externum.

p. Ramus ascendens inferior internus; hinc

q. r Rami, qui ad musculos pectineum, et ad adductorem brevem.

s. t. Rami alii excisi a descendente superiore procedentes, qui ad adductorem longum.

u. Continuatio rami descendentis superioris.

v. x. y. Rami excisi super musculos gracilem, et adductorem majorem.

ARTERIA CRURALIS SUPERFICIALIS, ET FEMORALIS PROFUNDA

a. Arteria cruralis, abdominis cavum ingrediens.

b. Arteria abdominalis externa excisa.

c. ——— pudenda superior excisa.

d. ——— cutanea femoralis ascendens superior externa.

e. Ramus excisus, qui ad musculum sartorium.

f. g. h. i. Rami alii, qui ad musculos psoas, et ad iliacum internum; hinc

k. l m. Propagines excisae, quae ad musculum sartorium.

n. Arteria pudenda media externa, unde

o. p. Rami scrotales excisi.

q. Arteria pudenda inferior excisa.

r. Ramusculus cruralis, qui ad glandulas inguinales.

s. Ramusculus cruralis, qui ad sartorium musculum, in superiore femoris parte excisus.

t. u. Rami arteriae femoralis profundae, in interna et superiore femoris parte excisi, qui ad musculum adductorem longum.

v. Truncus anticus, et internus arteriae femoralis profundae.

x. y. Rami excisi, qui ad partem inferiorem musculi pectinei.

z. a. b. c. Decursus, et distributio rami

praecipui super musculum adductorem majorem.

d. Continuatio trunci antici femoralis interni *v*, ejusque divisio.

e. f. Rami excisi, qui ad musculum adductorem longum.

g. Ramus, qui ad adductorem brevem.

h. i. Rami alii excisi, qui pariter ad adductorem longum.

k. l. Rami alii excisi, qui ad adductorem majorem.

m. Portio altera trunci *d*, qui pariter ad majorem, et longum adductorem.

n. Truncus alius arteriae femoralis profundae, qui e superiore femoris parte egreditur.

o. p. q. Rami excisi, qui ad musculum adductorem longum.

r. Ramus, qui ad musculum adductorem majorem.

ARTERIA CIRCUMFLEXA EXTERNA, AD FEMORALEM PROFUNDAM PERTINENS, EJUSQUE TRUNCI ASCENDENTES

a. Egressus e superiore et externa parte femoris.

b. Truncus transversus ejusdem.

c. d. e. f. Rami transversi, qui ad musculum rectum cruris.

g. Truncus circumflexus ascendens.

h. Ramus trocantericus anticus, qui et major dicitur.

i. Continuatio trunci ascendentis, qui subter musculum rectum transit.

k. Hic rursus egreditur, repens super gluteum medium.

l. m. n. Rami excisi, qui ad musculum tensorem vaginae femoris.

TRUNCI DESCENDENTES CIRCUMFLEXAE EXTERNAE *a*.

b. Truncus subcutaneus ejusdem excisus.

c. —— alius, qui ad musculum vastum externum; hinc

d. e. f. g. Rami, eorumque decursus.

h. i. Rami, qui ad musculum cruralem.

k. l. m. Rami, qui ad musculum vastum internum.

n. Continuatio trunci praecipui descendentis, qui ad musculum rectum.

o. p. q. Rami, qui circumflexos ascendentes superiores petunt.

r. s. t. u. v. Rami, per internam, et mediam ejusdem musculi superficiem descendentes.

x. y. z. a. Rami, per faciem internam, et inferiorem ejusdem.

TRUNCI ARTERIACI AD CRURALEM SUPERFICIALEM PERTINENTES SECUS FEMUR

b. Truncus cruralis superficialis excisus, qui ad musculos sartorium, vastum internum, et cruralem.

c. Continuatio ejusdem trunci, nervos crurales comitantis.

d. Ramus excisus, qui ad musculum sartorium.

e. Truncus cruralis medius.

f. Anastomosis cum circumflexa descendente externa; hinc

g. h. i. k. Rami, qui ad musculum vastum internum.

l. m. Trunci alii crurales medii, qui ad vastum internum.

n. Truncus alius cruralis medius; unde

o. p. Rami excisi, qui ad musculum sartorium.

q. Truncus cruralis inferior, qui ad musculum vastum internum.

r. Ramus alius cruralis inferior prope anulum cruralem.

s. Ramus circularis anuli ligamentosi.

t. Continuatio praecipui trunci cruralis inferioris.

u. v. x. Rami excisi, qui ad musculos sartorium, et gracilem.

y. z. Rami, qui ad musculum vastum internum.

a. Parvus truncus ejusdem cruralis, e corpore musculi vasti interni egrediens; ad quem pertinent

b. c. Rami superficiales.

d. Truncus anticus inferior cruralis, anulum tendinosum nondum ingressus; unde

e. Ramusculus, qui ad musculum semitendinosum.

f. Ramusculus, qui ad vastum internum.

g. Rursus egreditur truncus *d* per foramen

proprium in expansione tendinea annulari.

h. i. Rami ad eumdem pertinentes, qui ad musculum semi-tendinosum.

ARTERIAE REGIONIS POPLITEAE, ET GENU, PARITER AD LAEVAM

k. Arteria cruralis rursus, quae hic popliteae nomine venit.

l. Truncus popliteus secus inferiorem partem vasti interni; hinc

m. n. Rami rotulares superficiales interni.

o. Ramus popliteus, qui ad musculum semi-tendinosum.

p. Arteria poplitea articularis superior interna.

q. Ramus, qui ad ligamentum capsulare internum.

r. s. Truncus, et ramus, qui ad cartilaginem lunatam internam.

t. u. Trunci poplitei excisi, qui ad musculos sartorium, et gracilem.

v. Truncus popliteus, secus nervum saphenum.

w. Ramus superficialis articularis internus excisus.

x. Ramus articularis profundus, ejusque cum superioribus internis anastomosis.

y. z. Ultimae ejusdem propagines, quae una cum vena saphena, et nervo cognomine, periostium tibiae petunt.

ARTERIAE REGIONIS POPLITIS PARITER AD LAEVAM

ARTERIA POPLITEA

a. Parva portio ejusdem in poplitis cavo.

b. c. Rami poplitei excisi, qui ad musculum gemellum; horum vero continuatio *b. c.* super eumdem musculum.

d. Ramus popliteus, secus musculum plantarem; hinc

e. f. Ramusculi, qui ad musculos plantarem, et soleum.

ARTERIAE REGIONIS CRURIS PARITER AD LAEVAM

PROPAGINES ARTERIAE TIBIALIS ANTICAE

a. b. c. d e. f. Rami superiores.

g. h. i. k. l. Rami medii.

m. n. o. p. q. Rami inferiores, qui omnes excisi conspiciuntur super internam faciem musculorum peronei tertii, et extensoris communis digitorum.

ARTERIA TIBIALIS POSTICA

a. Egressus ab inferiore cruris parte; hinc

b. c d. e. Ramusculi subcutanei, qui ad periostium tibiae, et ad internam cruris partem, secus medium tibiae repentes.

f. g. Rami, qui ad musculum soleum.

h. Ramus, qui ad partem inferiorem periostii tibiae.

i. k. l. Rami, qui ad inferiorem partem musculi solei, et gemelli.

m. n. o. Rami tibiales supramalleolares interni.

p. q. Rami calcanei superiores, qui ad bursam mucosam tendinis Achillis.

r. s. Rami calcanei interni, qui ad musculum flexorem brevem digitorum.

ARTERIAE REGIONIS INTERNAE PEDIS SINISTRI

ARTERIA PLANTARIS EXTERNA

*a.** Trunci praecipui ortus a tibiali postica.

b. c.* d.* e.** Rami excisi, qui ad musculum abductorem pollicis, et ad expansionem plantarem ejusdem.

ARTERIA PLANTARIS INTERNA

a. Truncus praecipuus ejusdem a tibiali postica.

b. Ramus dorsalis, tibialem anticam petens.

c. Ramus excisus, qui ad musculum abductorem pollicis.

d. Ramus excisus, qui ad flexorem brevem communem digitorum.

e. Divisio trunci praecipui plantaris interni.

f. g. Rami superficiales dorsales interni excisi.

h. Ramus dorsalis internus pollicis.

i. ——— plantaris internus, seu profundus.

k. Ramus, qui ad flexorem brevem pollicis, penitiora petens.

ARTERIA TIBIALIS ANTICA

a. Arteria tibialis antica in pedis dorsu.

b. Ramus, qui ad internam articulationem pedis et cruris.

c. d. Rami dorsales cum plantari interna, communicantes.

e. Divisio trunci praecipui dorsalis.

f g. Rami dorsales interni.

h. Continuatio trunci praecipui, primum inter et secundum metatarsum.

i. Locus ubi ingreditur, ac plantares profundas inter metatarsos petit.

k. l. Rami metatarsei, et digitales, qui ad pollicem, et digitum secundum.

ARTERIA METATARSEA INTERNA

a. Decursus ejusdem secus marginem externum pedis.

b. c. Rami, qui ad musculum extensorem brevem digitorum, et ad dorsi tegumentum.

VENAE

VENAE PROFUNDAE REGIONIS FRONTALIS ET FACIALIS

1. 2. 3. Trunci frontales profundi dexteri excisi, a quibus

4. Vena frontalis, ejusque anastomosis cum angulari interna.

5. Ramus transversus superior nasi.

6. —— dorsalis lateralis narium; et inde rami,

7. Qui ad venam angularem ophtalmicam.

8. Continuatio earumdem venarum in facialem profundam.

9. Ramus labialis superior.

10. —— labialis inferior.

11. Finis venae facialis.

VENAE REGIONIS TEMPORALIS

12. Ramus externus supraorbitalis.

13. —— externus subterorbitalis.

14. Horum anastomosis.

15. Rami temporo-zygomatici.

16. Ramus proprius musculi temporalis, a quo

17. Vena temporalis profunda.

18. Excisio venae temporo-superficialis.

19. Ramus anastomoticus internae, et externae venae jugularis.

20. Excisio trunci praecipui temporalis.

VENAE REGIONIS LATERALIS, ET ANTICAE COLLI

VENA JUGULARIS EXTERNA, QUIQUE AD HANC PERGUNT RAMI

21. Continuatio trunci 20. in ramum lateralem jugularis externae.

22. Ramus cucullaris ad eundem.

23. —— anastomoticus cephalicae cum jugulari externa.

24. Ramus cervicalis transversus.

25. —— subclaviam, et jugularem externam petens.

26. Truncus anticus jugularis externae, a ramo 19 procedens, ejusque per collum decursus.

27. Rami profundi menti.

28. Ramus labialis inferior excisus.

29. Vena subtermaxillaris, quae in ramum superficialem jugularis internae se immittit.

30. Ramus anticus medius jugularis externae, ad quem pergunt rami menti.

31. Ramus similis, in media et inferiore parte colli.

32. 33. Rami, qui anticum et medium ramum, in inferiore colli parte conjungunt.

34. Ramusculi sternales superiores ad eosdem.

35. Finis venae jugularis externae, quae ad internam.

36. Parva portio venae cervicalis profundae.

37. Vena jugularis interna, ejusque secus collum decursus.

38. Truncus superficialis, seu minor, jugularis internae.

39. Parva portio venae jugularis internae sinistrae.

40. Portio venae jugularis externae ejusdem lateris.

VENAE REGIONIS CUBITALIS, ET HUMERALIS AD DEXTERAM

VENA CEPHALICA, EJUSQUE CUM PROFUNDIS CONJUNCTIO

1. 2. 3. Rami subcutanei ulnares externi excisi, atque e loco semoti, cum perforantibus superioribus communicantes.

4. Venae perforantes superiores.
5. Truncus cephalicus, pollicem inter et indicatorem, a vola manus procedens, ad quem
6. 7. Rami dorsales manus excisi.
8. Ramus anastomoticus cum venis interosseis profundis.
9. 10. Continuatio venae cephalicae secus radium.
11. 12. Trunci cubitales, et radiales profundi anastomotici cum eadem.
13. Vena mediana cephalica.
14. Decursus venae cephalicae per humerum.
15. Ramus anastomoticus cum collateralibus superficialibus externis.
16. Ramus anastomoticus cum collateralibus profundis, et bicipitalibus.
17. Vena cephalica prope insertionem in subclaviam.

VENAE HUMERALES PROFUNDAE

18. Parva earumdem portio in flexione cubiti.
19. 20. Rursus egrediuntur in parte superiore humeri, ubi axillares venae nuncupantur.

VENAE REGIONIS LATERALIS THORACIS AD LAEVAM

21. Vena thoracica longa.
22. —— propria musculorum pectoris, ambae excisae prope axillarem.

VENAE REGIONIS PALMARIS, ET ARTICULI SUPERIORIS AD LAEVAM

1. 2. 3. Rami digitales arcum palmarem efformantes.
4. Arcus palmaris superficialis, qui ad marginem radialem.
5. Arcus similis, qui ad marginem ulnarem.
6. Truncus ulnaris, arcum palmarem profundum petens.
7. 8. Venae ulnares profundae, secus arteriam cognominem.
9. Ramus digito-palmaris pollicis.
10. Continuatio arcus superficialis in truncis palmaribus radialibus.
11. 12. 13. Venarum radialium decursus secus arterias usque ad cubiti flexuram.
14. 15. Venae humerales, earumque decursus.
16. 17. Finis earumdem, dum in venam axillarem se immittunt.

VENA CEPHALICA

18. Portio ejusdem, inferiorem partem antibrachii petens, ejusque cum radialibus profundis conjunctio.
19. Portio venae medianae cephalicae.
20. Truncus, qui radiales cum cubitalibus profundis conjungit.
21. Vena cephalica rursus conspicienda in inferiore humeri parte.
22. Itidem rursus se ostendit in superiore humeri parte,
23. Inde in subclaviam venam.

VENA BASILICA

24. Trunci superficiales, seu cubitales interni excisi, ad basilicam pertinentes.
25. Vena mediana basilica, eosdem petens.
26. Ramus anastomoticus cum humeralibus profundis.
27. Decursus ejusdem venae basilicae in axillarem.

VENAE REGIONIS LATERALIS THORACICAE AD LAEVAM

28. Vena thoracica longa cum octava et septima intercostali communicans.
29. Vena alia a musculo latissimo dorsi procedens, quae
30. Inde in axillarem.

VENA SUBCLAVIA

31. Hujus parva portio dum subter claviculam transit.

VENAE REGIONIS ABDOMINALIS ANTICAE AD LAEVAM

VENA MAMMARIA INTERNA, SEU EPIGASTRICA SUPERIOR

1. Truncus praecipuus venae epigastricae superioris, dum sub costas se insinuat.
2. 3. Rami ejusdem, qui epigastricas inferiores adeunt.

VENAE EPIGASTRICAE INFERIORES

4. 5. Trunci, qui cum praecedentibus coeunt; horumque
6 7. Conjunctio, et decursus una cum arteria epigastrica.

8. Trunci epigastrici praecipui, qui inde in venam cruralem.
9. Ramus eorumdem, qui obturatoriam venam adit.

VENAE CIRCUMFLEXAE ILIACAE, SEU ABDOMINALES EXTERNAE

10. 11. Parvi trunci abdominales externi, eorumque decursus.
12. Trunci praecipui circumflexi iliaci, qui in venam cruralem se immittunt.

VENAE REGIONIS PUDENDAE

VENA AZYGA PENIS

1. Hujus parva portio prope basim penis, ejusque bipartitio.

VENAE SPERMATICAE

2. Truncus superficialis dexter, qui inde
3. Cavum abdominis petit
4. Truncus profundus sinister excisus ad anulum inguinalem.

VENAE REGIONIS PEDIS, CRURIS, ET FEMORIS AD DEXTERAM

VENA SAPHENA MAJOR

1. Truncus saphenus secus internum pedis marginem.
2. Ramus anastomoticus inter saphenam, et plantares profundas.
3. Ramus alter, qui tibiales anticas adit.
4. 5. Rami malleolares interni.
6. Ramus, qui ad tibiales posticas.
7. —— subcutaneus sapheno-tibialis inferior excisus.
8. Ramus alius, qui tibiales posticas petit.
9. —— subcutaneus sapheno-tibialis medius.
10. Parvus truncus ad tibiales posticas pertinens, qui circa medium cruris eamdem saphenam adit.
11. 12. 13. Rami alii subcutanei sapheno-tibiales medii excisi.
14. Ramus subcutaneus sapheno-tibialis superior excisus.
15. Truncus praecipuus hujusce saphenae, regionem femoralem ingrediens.
16. Ramus subcutaneus sapheno-femoralis internus inferior excisus.
17. Ramus anastomoticus cum vena crurali.
18. Ramus subcutaneus sapheno-femoralis internus medius excisus.
19. Finis venae saphenae majoris in cruralem.

VENAE PERONEAE

20. Trunci peronei antici super malleolum externum.

VENAE TIBIALES ANTICAE.

21. Harum decursus una cum arteria cognomine secus tibiam. Has adeunt et
22. 23. Rami intermusculares.

VENA CRURALIS AD DEXTERAM

24. Truncus praecipuus ejusdem circa medium femoris, et progressus ad inguinem, qui
25. Ad cavum abdominis.

VENAE REGIONIS PEDIS TIBIAE, ET FEMORIS AD LAEVAM

VENA SAPHENA MAJOR

1. 2. 3. Rami sapheni digito-dorsales pollicis.
4. Ramus saphenus, tibiales anticas cum plantaribus profundis conjungens.
5. 6. Rami plantares interni, qui saphenam adeunt.
7. 8. Rami subcutanei marginis interni pedis.
9. 10. Rami sapheno-dorsales, horumque anastomoses cum tibialibus anticis.
11. Ramus anastomoticus cum plantari externa.
12. Ramus superficialis internus excisus.
13. 14. Rami anastomotici cum tibialibus posticis in inferiore cruris parte.
15. Excisio rami subcutanei postici inferioris, qui ad saphenam minorem.
16. Ramus subcutaneus sapheno-inferior tibialis.
17. Ramus anastomoticus cum tibialibus posticis.
18. Ramus subcutaneus saphenus medius tibialis excisus.
19. Ramus alius anastomoticus cum tibialibus posticis in superiore tibiae parte.
20. Ramus subcutaneus sapheno-posticus excisus.
21. Ramus subcutaneus sapheno-anticus superior tibialis.

22. Vena saphena ad regionem femoris.

23. Ramus saphenus, qui anastomosin init cum poplitea.

24. 25. Rami subcutanei sapheni interni femorales excisi.

26. Ramus anastomoticus cum vena crurali.

27. Ramus pudendus externus.

28. Vena saphena in cruralem.

VENA POPLITEA

29. Portio ejusdem in poplitis cavo, et rursus.

30. Ejusdem egressus in inferiorem femoris partem, ubi cruralis.

VENA CRURALIS AD LAEVAM

31. Decursus trunci cruralis profundi.

32. Truncus praecipuus, cavum abdominis ingrediens.

VASA LYMPHATICA

VASA LYMPHATICA REGIONIS DORSALIS MANUS, CUBITALIS, ET HUMERALIS AD DEXTERAM, EORUMQUE PROGRESSUS AD GLANDULAS AXILLARES

A. A. Trunci lymphatici metacarpei pollicis et indicatoris.

B. B. B. Trunci lymphatici metacarpei aliorum digitorum, a quibus

C. C. Arcus dorsalis carpeus.

D. Truncus interosseus, seu perforans inferior secus marginem ulnarem.

E. Truncus radialis ab arcu carpeo.

F. F. F. Rursus conspicitur una cum arteria radiali ad cubitum, et humerum.

G. Truncus collateralis externus humeralis, ejusque decursus una cum arteria cognomine.

H. H. Trunci cephalici circa medium cubiti, eorumque decursus.

I. I. Progressus eorumdem circa regionem humeralem una cum vena cephalica, qui hinc externi et interni appellantur.

K. K. Glandulae interdeltoideae pectorales, quas petit truncus cephalicus externus.

L. L. Glandulae axillares superiores, quas adit cephalicus internus.

M. Trunci ab iisdem glandulis in majorem lymphaticum dexterum abeuntes.

VASA LYMPHATICA PROFUNDA REGIONIS LATERALIS THORACIS AD DEXTERAM, QUAE GLANDULAS AXILLARES PETUNT

N. Glandula lymphatica thoracica prope marginem musculi latissimi dorsi, ejusque truncus efferens.

O. Cursus trunci thoracici longi.

P. P. Aliae glandulae thoracicae prope axillam.

Q. Q. Lymphatica musculi serrati majoris.

R. ——— musculi pectoralis, qui glandulas L. L. adeunt.

S. Lymphatica intercostalia antica, seu mammaria, quae

T. Glandulas thoracicas anticas petunt.

U. Truncus major lymphaticus dexter, ad quem ceteri dum sub musculum subclavium se inserit.

LYMPHATICA PROFUNDA ARTUS SUPERIORIS SINISTRI

A. A. A A. Trunci digito-palmares.

B. B. Arcum palmarem superficialem efficientes.

C. Trunci palmares ulnares, qui cum profundis palmaribus communicant.

D. D. Rami ulnares una cum vasis sanguineis procedentes.

E. E. Lymphatica propria musculi ulnaris.

F. ——— propria musculorum flexorum, horumque vasorum anastomoses, et decursus una cum nervo ulnari ad

G. G. G. Glandulas ulnares inferiores, a quibus

H. H. Trunci axillae cavum petentes.

I. Continuatio arcus palmaris superficialis prope marginem radialem pollicis, et truncus radialis palmaris inde enascens.

K. Parvi trunci, dorsum manus adeuntes.

L. L. L. Lymphatica radialia, quae vasa sanguinea usque ad cubitum comitantur.

M. Truncus anastomoticus cum humeralibus, qui nervum ulnarem pariter comitantur.

N. N. N. Lymphatica humeralia profunda, eorumque decursus ad

O. Glandulam humeralem superiorem profundam; inde

P. Truncus ad axillae cavum pergens.

VASA LYMPHATICA REGIONIS LATERALIS THORACIS AD LAEVAM

Q. Q. Q. Trunci thoracici longi, vasa sanguinea ejusdem nominis comitantes.

R. R. Glandulae thoracicae, seu axillares inferiores.

S. S. Glandulae thoracicae, seu axillares mediae.

T. Glandulae thoracicae, seu axillares superiores; quas omnes adeunt trunci efferentes, unde plexus axillares.

U. Truncus subclavius secus marginem anticum, et superiorem musculi pectoralis minoris. Hunc adit

V. Ramus proprius musculi pectoralis majoris excisus, cujus origo V. super hunc musculum conspicienda.

X. Truncus subclavius, subter claviculam se inserens.

VASA LYMPHATICA REGIONIS ANTICAE ABDOMINALIS AD LAEVAM

A. A. A. Trunci mammarii, seu epigastrici superiores, qui vasa sanguinea comitantur.

B. Glandula abdominalis superior, seu mucronata, quam petunt trunci superficiales, abdominis, et antici thoracis.

C. C. C. Trunci epigastrici inferiores, vasa sanguinea comitantes, qui

D. D. Glandulas epigastricas inferiores adeunt; unde

E. E. Trunci ab iisdem prope glandulas inguinales internas.

F. Parvus truncus circumflexus iliacus, qui glandulas inguinales pariter adit.

VASA LYMPHATICA REGIONUM DORSI PEDIS, TIBIAE, ET FEMORIS AD DEXTERAM

A. Truncus digitalis, et metatarseus pollicis.

B. Hujus anastomosis cum plantaribus profundis; unde

C. Truncus tibialis anticus.

D. D. Decursus tibialium anticorum, una cum vasis sanguineis.

E. E. Rami musculi extensoris proprii pollicis.

F. F. Rami excisi musculi tibialis antici, et

G. G. Rami musculi communis extensoris digitorum; qui sociati

H. Glandulam tibialem anticam adeunt.

I. Truncus efferens, qui poplitis cavum ingreditur.

K. K. K. K. Trunci interni excisi musculi peronei longi, eorumque super hunc musculum decursus.

L. L. Eorumdem continuatio secus fibulam ad poplitis cavum.

M. M. M. Trunci crurales profundi una cum vasis sanguineis, eorumque progressus ad

N. Glandulam inguinalem profundam.

O. O. Trunci alii femorales profundi.

P. Truncus descendens circumflexus externus.

Q. Truncus descendens circumflexus iliacus, qui omnes ad inguinem.

R Plexus cruralis profundus, qui cavum abdominis ingreditur.

VASA LYMPHATICA PROFUNDA ARTUS INFERIORIS AD LAEVAM, EORUMQUE CONCURSUS AD INGUINES.

A. A. Trunci plantares secus marginem internum pedis

B. B. B. Trunci tibiales postici, eorumque decursus una cum vasis sanguineis.

C. Progressus eorumdem sub musculum soleum.

D. Hinc in poplitis cavo conspicui.

E. Excisio rami sapheni minoris dum eumdem cavum ingreditur.

F. Alia pars ejusdem.

G. G. G. Ramus saphenus major per inferiorem femoris partem una cum vena ejusdem nominis repens, et inde ad

H. Glandulam cruralem.

I. I. I. I. Trunci crurales profundi, horum

plexus, et una cum vasis sanguineis ad inguinem ascensus.

K. Glandula inguinalis, quam adit pars ejusdem plexus.

L. Anastomosis lymphaticorum, quae musculo-femoralia nuncupantur, cum eodem plexu.

M. M. Trunci crurales, abdominis cavum ingredientes.

NERVI

NERVI REGIONIS FRONTALIS AD LAEVAM

NERVUS OPHTHALMICUS, SEU SUPRAORBITALIS QUINTI PARIS WILLISII

1. Truncus ophthalmicus frontalis, unde

2. 3. Rami frontales externi.

4. Truncus ophthalmicus frontalis alius.

5. 6. 7. Rami frontales interni, eorumque super pericranium decursus.

IDEM OPHTHALMICUS WILLISII AD DEXTERAM

1. Truncus supratrocleator.

2. Ramus nasalis superior.

3. ——— excisus, qui ad musculum orbicularem palpebrarum.

4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Rami frontales interni super pericranium decurrentes.

13. Ramus anastomoticus cum frontali medio.

14. Ramus palpebralis superior.

15. Truncus praecipuus ophthalmicus frontalis.

16. 17. 18. 19. Rami frontales medii.

20. 21. 22. Rami frontales externi, utrique super pericranium decurrentes.

1. Propago externa nervi humeralis ab eodem ophthalmico, e foramine superiore zygomatici egrediens.

2. 3. Rami temporales superficiales excisi.

1. Truncus infratrocleator ab eodem ophthalmico, ejusque conjunctio cum ramo 9 tertii jugalis septimi paris.

NERVI REGIONIS FACIALIS

NERVUS SUBORBICULARIS, SEU MAXILLARIS SUPERIOR AB EODEM QUINTO PARE

1. Egressus trunci ascendentis, seu palpebralis a foramine suborbitali.

2. Ramus facialis descendens.

NERVUS MAXILLARIS INFERIOR, SEU MENTI AB EODEM QUINTO PARE

1. Egressus trunci praecipui e foramine menti.

2. 3. Rami labiales inferiores interni.

4. 5. — labiales inferiores externi, eorumque distributio.

NERVUS FACIALIS SEPTIMI PARIS

1. Egressus trunci praecipui nervi facialis e foramine stylo-mastoideo.

2. Truncus ascendens, ejusque in temporales, et orbitales divisio.

3. Nervus temporalis posticus, seu jugalis primus.

4. Nervus temporalis medius, seu jugalis secundus.

5. Nervus temporalis anticus, seu jugalis tertius.

6. Ramus, qui in orbitalem superiorem se inserit.

7. 8. Rami orbitales, et palpebrales inferiores excisi.

9. Ramus anastomoticus cum infratrocleatore ad angulum orbitae.

10. Truncus orbitalis superior, seu jugalis quartus.

11. Hujus decursus, et distributio.

12. Ramus anastomoticus cum praecedentibus, quique inde enascitur plexus.

13. Truncus orbitalis inferior, seu jugalis quintus.

14. Hic cum precedenti conjungitur, ac tres inde propagines.

15. 16. 17. 18. 19. Rami orbitales antici inferiores, horumque cum superioribus conjunctio.

20. 21. 22. Rami, qui in suborbitalem quinti paris se inserunt.

23. Truncus facialis superior, seu primus.

24. 25. 26. 27. Rami faciales hinc enascentes.

28. 29. Rami anastomotici cum nervo buccinatore, eorumque plexus.

30. 31. Rami qui ad musculos elevatores anguli, et orbicularis labiorum.

32. Truncus facialis descendens, ejusque in nervis facialibus angularibus, et subcutaneis colli divisio.

33. Truncus facialis medius, seu secun-

dus, qui cum superioribus conjungitur.

34. Decursus, et divisio trunci praecipui facialis descendentis.

35. Truncus facialis inferior, seu tertius.

36. Ramus anastomoticus cum facialibus mediis, et superioribus.

37. Plexus inde enascens.

38. Ramus anastomoticus cum buccinatore.

39. Ramus qui ad musculum orbicularem labiorum, ejusque connexio cum nervo menti.

40. Truncus faciali quartus, ejusque cum precedentibus conjunctio.

41. Truncus marginalis, seu angularis mandibulae inferioris.

42. 43. 44. Rami faciales ascendentes, eorumque cum praecedentibus anastomoses.

45. Continuatio trunci praecipui angularis.

46. 47. Rami anastomotici cum maxillaribus inferioribus e quinto pare.

48. Nervus subcutaneus anticus colli.

49. Ramus, qui cum angulari maxillae anastomosin init.

50. 51. Rami subcutanei antici colli, eorumque decursus.

52. 53. Rami postici colli excisi.

54. Ramus auricularis posticus.

55. —— occipitalis.

56. —— alius, qui ad musculum splenium capitis.

NERVI REGIONIS LATERALIS COLLI

NERVUS OCTAVI PARIS, SEU VAGUS

1. Truncus praecipuus, et ejusdem decursus 1. 1. 1. 1. secus venam jugularem internam.

NERVUS HYPOGLOSSUS, SEU LINGUALIS

1.* Portio hujus inter jugularem internam, et marginem inferiorem musculi biventris; alia portio 1.* inter tendinem hujus musculi, et musculum stylohyoideum.

2 Truncus per collum descendens, ejusque divisio.

3. 4. Rami descendentes superficiales antici super musculos omoplatam et sterno-hyoideum.

5. Ramus descendens internus, qui

6. Cum primo cervicali conjungitur, et hinc ansa nervea eorundem.

7. Ramus, qui ad musculos omoplatam et sterno-thyroideum.

NERVI REGIONIS CERVICALIS

NERVUS ACCESSORIUS WILLISII

1. Egressus inter splenios musculos, et biventrem.

2. 3. Rami, qui ad musculum sterno-cleido-mastoideum excisi; continuatio vero 2. 3. super hunc musculum.

4. Descensus trunci praecipui.

5. Ejusdem anastomosis prima, seu superior cum primo cervicalium.

6. Anastomosis altera cum secundo eorumdem.

7. 8. Rami cucullares superiores.

9. Anastomosis alia inferior cum primo cervicalium.

10. Alia cum quarto eorumdem.

11. Ramus cucullaris internus.

12. —— cucullaris externus.

NERVUS CERVICALIS PRIMUS, SUBOCCIPITALI OMISSO

1.* Truncus praecipuus, ejusque triplex divisio.

2. Truncus, ejusque rami nervum intercostalem adeuntes.

3. Ramus anastomoticus cum secundo cervicali.

4. Surculus anticus, seu minor.

5. —— posticus, seu major, unde

6. Nervus occipitalis major.

7. Anastomosis surculi antici cum cervicali secundo; inde

8. Rami descendentes per inferiorem colli partem.

9. Plexus jugularis.

10. Ramus, qui ad musculum omoplata-hyoideum.

11. Ramus, qui ad musculum sterno-hyoideum.

12. Hujus conjunctio cum ramo 6. nervi hypoglossi, et ansa, quae hinc enascitur.

13. Truncus descendens surculi postici, ejusque conjunctio cum ramo 5. nervi accessorii willisii.

14. Ramus, qui ad musculum splenium colli.

15. 16. 17. Rami subcutanei superiores colli excisi.

18. Continuatio trunci 16., ejusque conjunctio cum ramo 9. nervi accessorii.

NERVUS CERVICALIS SECUNDUS

1. Truncus praecipuus.

2. Excisio nervi occipitalis minoris.

3. Nervus auricularis major, ejusque decursus.

4. Conjunctio ejusdem cum ramo 6. nervi accessorii.

5. 6. 7. 8. 9. Trunci et rami excisi, qui primum cervicalem adeunt ad efformandum plexum subcutaneum colli.

10. Decursus rami 7. et 8., unde

11. Ramus cucullaris.

12. —— anastomoticus cum cervicali tertio.

13. Ramus anastomoticus cum cervicali quarto, ejusque plexus.

14. Ramus alius ad musculum cucullarem.

NERVUS CERVICALIS TERTIUS

1. Truncus praecipuus.

2. 3. Hujus conjunctio cum ramo 7. et 12. cervicalis secundi, unde

4. Parvus plexus.

5. Ramus anastomoticus cum cervicali quarto.

6. Anastomosis alia cum ramo 13. cervicalis secundi, unde

7. Nervus clavicularis, ejusque progressus.

8. 9. 10. Rami supraclaviculares ejusdem excisi.

11. Ramus alter concurrens ad efformandum nervum phrenicum.

12. 13. Rami anastomotici cum trunco claviculari 7.; hinc

14. Initium nervi phrenici.

15. Decursus nervi phrenici secus collum,

15. qui thoracis cavum ingreditur.

NERVUS CERVICALIS QUARTUS

1. Parva portio ejusdem.

2. Truncus cervicalis inferior inter nervum clavicularem, et venam jugularem externam.

3. Truncus anastomoticus cum ramo 18. cervicalis primi.

4. Excisio rami cervicalis inferioris.

5. Nervus anastomoticus cum ramo 10. accessori willisii.

6. Ramus supraclavicularis excisus.

7. 8. Rami subterclaviculares.

9. Ramus anastomoticus cum nervo quinto cervicali.

NERVI QUINTUS, SEXTUS, ET SEPTIMUS CERVICALES

1. Parva portio nervi quinti.

2. — portio nervi sexti.

3. — portio septimi paris subter claviculam prosequentes.

NERVI REGIONIS LATERALIS THORACIS AD DEXTERAM

NERVI THORACICI

1. Parva portio plexus brachialis subter musculum subclavium, unde nervi thoracici: videlicet

2. Truncus anticus.

3. 4. 5. 6. Propagines, et surculi superiores, et antici excisi.

7. 8. Propagines, et surculi superiores medii.

9. Truncus anastomoticus cum ramo 20. e thoracicis inferioribus.

10. 11. Rami thoracici superiores externi.

12. Ramus coracoideus.

13. Alius qui ad musculum subclavium.

14. 15. 16. 17. 18. 19. Trunci thoracici inferiores, seu axillares.

20. Horum anastomosis cum superioribus, et inde parvus plexus, a quo

21. 22. 23. Rami, qui ad superficiem partis internae brachii.

24. 25. Rami thoracici axillares, seu postici.

26. Trunci thoracici longi decursus, et distributio super musculum serratum majorem.

NERVI REGIONIS HUMERALIS, CUBITALIS, ET DORSALIS MANUS AD DEXTERAM

NERVUS RADIALIS

1. 2. Hujus propagines excisae, tricipitem inter, et brachialem internum, quae

ad supinatorem longum; horum vero continuatio 1. 2. super eumdem musculum.

3. Truncus subcutaneus radialis externus.

4. 5. Rami superficiales humerales excisi.

6. Ramus, qui ad musculum radialem externum longum.

7. Truncus radialis praecipuus.

8. 9. Rami excisi, qui ad supinatorem longum; continuatio vero 8. 9. super eumdem musculum.

10. Decursus trunci praecipui.

11. 12. Aliorum excisiones, qui ad supinatorem longum; continuatio vero 11. 12. super eumdem musculum.

13. Divisio trunci praecipui 13. in superficialem, et profundum. Hinc iterum pars superficialis ejusdem.

14. 15. 16. Rami superficiales cubitales inferiores excisi.

17. Continuatio trunci praecipui superficialis.

18. Ramus superficialis digitalis, et cubitalis inferior excisus.

19. Continuatio trunci radialis superficialis cum ramo 9. nervi musculo-cutanei, et hinc nervus dorsalis communis.

20. Ramus carpeus digiti pollicis, ejusque conjunctio cum nervo dorsali altero, ab eodem radiali superficiali.

21. 22. 23. 24. 25. Rami digitales dorsales pollicis.

26. Truncus dorsalis communis inter metacarpum pollicis, et indicatoris.

27. Ramus digitalis dorsalis, qui ad indicatorem.

28 29. Rami excisi, qui ad musculum abductorem ejusdem digiti.

30. 31. 32. Rami dorsales ejusdem, eorumque decursus, atque propagines.

NERVUS RADIALIS PROFUNDUS

1. Egressus subter musculum supinatorem brevem.

A. A. Trunci praecipui tibiales postici subter malleolum internum, eorumque ascensus, et ingressus subter soleum.

B. B. B. Rursus apparent, et poplitis cavum ingressi, in

C. Glandulam popliteam profundam se inserunt.

D. Truncus praecipuus peroneus profundus in poplitis cavo, qui

E. Glandulam poplitis superiorem profundam adit.

F. F. F. Rami sapheni minores a parte inferiori tibiae poplitem petentes, ut in

G. Glandulam popliteam superficialem, seu mediam conveniant.

H. H. Trunci egredientes, eorumque progressus.

I. Truncus articularis internus a sapheno majori.

K. Trunci proprii gracilis et vasti interni, una cum vasis sanguineis.

L. Truncus popliteus externus, nervi cognominis comes.

M. Glandula intermuscularis, et trunci inferentes et efferentes.

N. Trunci ischiatici profundi, eorumque decursus, qui

O. Glandulam ischiaticam inferiorem adeunt.

P. Truncus efferens, ad

Q. Glandulam ischiaticam superiorem pergens.

R. Truncus ab eodem, pelvim ingrediens.

S. —— gluteus inferior.

T. —— gluteus superior, uterque excisus, et secus vasa sanguinea cognomina decurrens.

NERVI

NERVI FACIALES ET LATERALES COLLI DEXTRORSUM, AD CEREBRALES PERTINENTES

NERVUS MAXILLARIS SUPERIOR, SEU SUPRAORBITALIS A SECUNDA PROPAGINE QUINTI PARIS

1. 2. Primus et secundus truncus labialis excisus.

NERVUS MAXILLARIS INFERIOR A TERTIA PROPAGINE EJUSDEM QUINTI PARIS

3. Nervus buccinator.

4. —— massetericus, in sulco processuum maxillae inferioris excisus.

5. Nervus temporalis profundus externus, et

6. Ramusculi parotidei excisi, ad eumdem pertinentes.

7. Parvus truncus menti ad maxillarem inferiorem pertinens.

NERVUS FACIALIS A PARTE DURA SEPTIMI PARIS

8. Truncus praecipuus excisus prope foramen stylo-mastoideum.

9. Rami parotidei excisi, ad eumdem pertinentes.

10. Continuatio trunci praecipui super internam faciem parotidis, ejusque divisio.

11. Truncus praecipuus angularis seu marginalis maxillae inferioris.

12. Truncus praecipuus facialis quartus, seu infimus.

13. Truncus praecipuus facialis tertius, seu inferior.

14. Truncus praecipuus facialis secundus, seu medius.

15. Truncus praecipuus facialis primus, seu superior, eorumque anastomoses et excisiones.

16. Truncus praecipuus et proprius ducti Stenoniani.
17. Truncus praecipuus orbitalis inferior.
18. ——— praecipuus orbitalis superior.
19. ——— praecipuus temporalis anticus.
20. Truncus praecipuus temporalis posticus; omnes excisi.

NERVUS ACCESSORIUS WILLISII

21. Ejus egressus secus angulum maxillae, una cum secundo cervicali.
22. Ramusculi ejusdem, qui ad musculum sternocleido-mastoideum.
23. Continuatio ejusdem ad regionem scapulae.

CONTINUATIO EJUSDEM ACCESSORII AD LAEVAM, EJUSQUE CUM CERVICALIBUS CONJUNCTIO

24. Truncus praecipuus inter splenium capitis, et cucullarem, ejusque cum trunco descendente secundi cervicalis conjunctio.
25. Truncus et rami hinc exsurgentes, a quibus propagines subcutaneae anticae colli.
26. Ramus cervicalis tertii.
27. ——— cervicalis quarti.
28. ——— cervicalis quinti, qui praecedentibus juncti, plexum efformant
29. 30. Trunci praecipui cucullares hinc enascentes, eorumque propagines super internam faciem musculi cognominis.

NERVI SPINALES AD DEXTERAM

1. Nervus occipitalis major, ad primum cervicalem pertinens.
2. Ramus anastomoticus ejusdem cum occipitali minore.
3. Truncus et rami occipitales postici inferiores.
4. Truncus et rami occipitales postici medii.
5. Truncus et rami occipitales postici superiores, et hinc plexus, eorumque propagines.
6. Nervus occipitalis minor, ad secundum cervicalium pertinens, cum accessorio Willisii conjunctus.
7. Truncus praecipuus ad occiput pergens, ejusque conjunctio cum occipitali majore.
8. Truncus et rami auriculares postici inferiores.
9. Truncus et rami auriculares postici superiores.
10. Truncus et rami temporales postici.
11. ——— et rami temporo-occipitales.
12. ——— et rami occipitales interni; hinc plexus, eorumque anastomoses cum occipitali majore, ac propagines.
13. Truncus spinalis ab eodem, inter conjunctionem utriusque splenii capitis.
14. Truncus et rami cucullares excisi ad eumdem pertinentes.
15. Truncus et rami anastomoses ineuntes cum utroque occipitali majore, eorumque propagines.
16. Truncus posticus tertii nervi cervicalis, cujus propagines ad musculum elevatorem scapulae.
17. Truncus et rami spinales ejusdem.
18. ——— posticus quarti nervi cervicalis, ejusque propagines ad elevatorem scapulae.
19. Truncus spinalis ejusdem excisus, qui ad cucullarem, et ad tegumenta.
20. Truncus posticus quinti nervi cervicalis.
21. 22. Trunci et rami, qui ad elevatorem scapulae.
23. Truncus, qui ad subterscapularem.
24. Continuatio trunci praecipui, et rami ejusdem excisi, qui ad romboidalem et cucullarem.
25. 26. 27. 28. Trunci spinales postici superiores dorsi.
29. 30. 31. 32. Trunci spinales postici medii.
33. 34. 35. Trunci spinales postici inferiores, omnes excisi secus spinam, quorum propagines ad cucullarem et ad tegumenta.
36. 37. 38. 39. 40. Trunci spinales laterales medii.
41. 42. 43. 44. 45. Trunci spinales laterales inferiores.
46. 47. Trunci spinales lumbares postici, ad eumdem truncum praecipuum per-

tinentes, et longissimum dorsi transfodientes, qui ad sacrum lumbarem, latissimum dorsi, et ad tegumenta.

48. 49. 50. 51. Trunci spinales laterales lumbares excisi, qui ad musculos abdominales, et ad tegumenta.

52. 53. 54. Trunci glutei superiores, ab iisdem lumbaribus, excisi, qui ad tegumenta natis.

IIDEM NERVI SPINALES AD LAEVAM

1. Egressus nervi occipitalis majoris.

2. Ramus anastomoticus, petens truncum spinalem cervicalis secundi, ad dexteram.

3. Truncus et rami tricipitales inferiores excisi.

4 Truncus et rami tricipitales medii.

5. ——— et rami tricipitales superiores postici, ad eumdem occipitalem majorem pertinentes, eorumque propagines.

6. Nervus occipitalis minor, ad secundum cervicalem pertinens.

7. Ramus anastomoticus ejusdem cum occipitali majore.

8. Ramus anastomoticus ejusdem cum accessorio Willisii.

9. Truncus spinalis posticus, a quarto cervicalium.

10. 11. 12. 13. Trunci spinales postici dorsales superiores.

14. 15. 16. Trunci spinales postici dorsales medii.

17. 18. 19. Rami spinales postici dorsales inferiores, omnes excisi secus spinam dorsi, quorum propagines ad cucullarem, et ad tegumenta.

20. 21. 22. 23. Trunci spinales laterales inde enascentes excisi, qui longissimum dorsi transfodiunt, et ad latissimum dorsi, ac ad tegumenta.

24. 25. 26. 27. 28. Trunci spinales postici lumborum.

29. 30. Trunci laterales medii; utrique expansionem aponeuroticam latissimi dorsi transfodiunt, et tegumenta petunt.

31. 32. 33. Trunci glutei superiores ab iisdem lumbaribus, qui ad tegumenta natis.

34. 35. 36. Trunci costarum, seu dorsales externi.

37. 38. Trunci lumbares seu dorsales externi; utrique excisi, qui ad musculos, et ad tegumenta.

NERVI THORACICI AXILLARES AD LAEVAM

39. Truncus thoracicus longus, una cum arteria subterscapulari decurrens; hinc

40. 41. Rami, qui ad latissimum dorsi.

42. 43. ——— qui ad serratum majorem, eorumque propagines.

NERVI ARTICULI SUPERIORIS SINISTRI

1. 2. Nervi rami axillaris excisi, qui ad rotundum majorem.

3. 4. Nervi rami axillaris excisi, qui ad deltoidem.

NERVUS MUSCULO-CUTANEUS, SEU CUTANEUS EXTERNUS

5. Truncus praecipuus ejusdem.

6. 7. Rami bicipitales superiores.

8. 9. 10. Rami brachiales interni.

11. Ramus bicipitalis inferior.

12. Continuatio trunci praecipui.

13. 14. Rami cutanei externi superiores, seu cubitales excisi.

15. 16. Rami cutanei interni, secus venam cephalicam decurrentes.

17. 18. Rami anastomoses ineuntes cum nervo radiali, unde dorsalis manus.

NERVUS RADIALIS

19. Hujus portio in axillae cavo conspicua inter caput longum et medium tricipitis.

20. Ramus, qui ad musculum brachialem internum.

21. Ramus cutaneo-humeralis excisus.

22. 23. Rami, qui ad supinatorem longum.

24. 25. ——— qui ad radialem externum longum.

26. Rami, qui ad radialem externum brevem, eorumque decursus atque propagines.

27. Divisio trunci praecipui nervi radialis ad flexionem cubiti.

28. Truncus praecipuus radialis externus seu superficialis inde enascens.

29. 30. Rami, qui ad musculos radiales, externum longum et brevem.

31. Continuatio trunci praecipui secus radium.

32. 33. Rami, qui anastomosin ineunt cum nervo cutaneo externo supradicto, ejusque rursus divisio; unde

34. Truncus palmaris.

35. —— dorsalis, atque rami carpometacarpei superficiales excisi.

36. Truncus dorsalis alius superficialis, ejusque divisio.

37. Truncus et rami carpo-metacarpei indicatoris.

38. 39. Truncus et rami carpo-metacarpei pollicis.

40. Truncus praecipuus nervi radialis profundi, subter radialem externum brevem incedens.

41. Rursus apparet, una cum arteria perforante superiori.

42. Ramus, qui ad extensorem communem digitorum, excisus.

43. Ramus, qui ad radialem externum brevem, et ad abductorem longum pollicis, ejusque propagines.

44. Ramus excisus, qui ad radialem externum longum.

45. Ramus excisus, qui ad extensorem communem digitorum.

46. 47. Rami, qui ad ulnarem externum, eorumque propagines.

48. Ramus, qui ad extensorem majorem et longum pollicis; et

49. Ramus, qui ad indicatorem et ad extensorem proprium ejusdem, nec non utriusque propagines.

50. Egressus trunci interossei ejusdem una cum arteria perforante inferiori, inter extensorem pollicis et indicatorem, ejusque divisio.

51. Ramus, qui ad quartum musculum interosseum externum.

52. Ramus, qui ad membranam capsularem carpi.

53. Ramus, qui ad tertium musculum interosseum externum.

54. Ramus, qui ad secundum ejusdem generis.

55. Ramus, qui ad membranam capsularem carpi.

NERVUS ULNARIS

56. Truncus praecipuus ejusdem, inter capitulum ulnae, et carpum egrediens.

57. Truncus metacarpeus dorsalis externus, ejusque decursus.

58. 59. Truncus et rami digito-dorsales, qui ad marginem externum, et ad apicem digiti minoris.

60. Truncus palmaris inter minimum et anularem digitum, ejusque divisio.

61. 62. Rami digito-dorsales, qui ad marginem radialem digiti minimi.

63. 64. Rami digito-dorsales, qui ad marginem ulnarem digiti anularis.

NERVUS MEDIANUS

65. Truncus quartus digito-palmaris, egrediens inter anularem et medium digitum, ejusque divisio; hinc

66. 67. 68. Rami digito-dorsales, qui ad marginem radialem anularis.

69. 70. Rami digito-dorsales, qui ad marginem ulnarem digiti medii, eorumque propagines.

71. Truncus digito-palmaris tertius, egrediens inter medium et indicatorem; hinc

72. 73. 74. 75. Rami digito-dorsales, qui ad marginem radialem digiti medii; et

76. 77. Rami digito-dorsales, qui ad marginem ulnarem indicatoris, eorumque propagines.

78. Truncus digito-palmaris tertius, secus marginem radialem indicatoris; hinc

79. 80. 81. 82. Rami digito-dorsales, eorumque surculi.

83. Truncus digito-palmaris primus, secus marginem ulnarem pollicis; hinc

84. Ramus digito-palmaris.

85. —— digito-dorsalis.

NERVI ARTICULI SUPERIORIS DEXTERI

NERVUS MUSCULO-CUTANEUS, SEU CUTANEUS EXTERNUS

1. Truncus praecipuus, a musculo coracobrachiali.

2. 3. Rami bicipitales, eorumque propagines.

4. Ramus cutaneus humeralis excisus.

5. —— nervum medianum petens.

6. 7. 8. Rami, qui ad musculum brachialem internum, eorumque propagines.

9. Divisio trunci praecipui.

10. Ramus, qui ad supinatorem longum.

11. Truncus praecipuus flexionem cubiti ingrediens, et inde cutanei nomine, per antibrachium, et manus dorsum repens.

NERVUS MEDIANUS

12. Truncus praecipuus e cavo axillari egrediens, et secus humerum descendens.

13. Truncus excisus, qui ad musculum supinatorem longum.

14. 15. Trunci excisi, qui ad pronatorem rotundum.

16. 17. Trunci, qui ad supinatorem brevem, eorumque propagines.

18. Truncus, qui ad radialem internum, et ad palmarem longum.

19. Truncus, qui ad ulnarem internum.

20. Ejusdem conjunctio cum nervo ulnari.

21. Truncus excisus, qui ad flexorem sublimem digitorum.

22. Truncus intermuscularis ejusdem mediani.

23. Truncus et rami excisi, qui ad flexorem sublimem.

24. Truncus cutaneus longus.

25. 26. Trunci, qui ad flexorem profundum digitorum, eorumque propagines.

27. 28. Rami, plexum interosseum internum efformantes.

29. 30. Trunci, qui ad flexorem sublimem, excisi.

31. Truncus, qui ad flexorem pollicis, et ad flexorem profundum.

32. Continuatio nervi mediani usque ad manus volam, ejusque divisio quadruplex.

33. Truncus praecipuus quarti nervi palmaris ejusdem.

34. 35. 36. Rami subcutanei palmares excisi.

37. 38. Rami, qui ad tertium musculum lumbricalem.

39. Ramus anastomoticus cum secundo palmari ulnari, et parvus plexus inde enascens.

40. Ramus, qui ad quartum musculum lumbricalem.

41. Continuatio quarti trunci palmaris mediani, ejusque divisio.

42. 43. 44. Truncus et rami digitales, qui ad marginem radialem anularis.

45. 46. 47. Truncus et rami digitales, qui ad marginem ulnarem digiti medii, eorumque propagines extremum digiti petentes.

48. Truncus praecipuus tertii nervi palmaris mediani, ejusque divisio.

49. 50. 51. Truncus et rami digitales, qui ad marginem radialem digiti medii.

52. 53. 54. Truncus et rami digitales, qui ad marginem ulnarem indicatoris, eorumque propagines.

55. Truncus praecipuus secundi nervi palmaris mediani.

56. 57. 58. Truncus et rami digitales, qui ad marginem radialem indicatoris, eorumque propagines.

59. Truncus praecipuus primi nervi palmaris mediani.

60. Truncus excisus, qui ad opponentem pollicis.

61. Truncus excisus, qui ad flexorem brevem ejusdem.

62. 63. Truncus et rami digito-dorsales pollicis.

64. 65. Truncus et rami, qui ad marginem ulnarem ejusdem, eorumque propagines ad apicem digiti.

NERVUS CUTANEUS INTERNUS

66. Egressus ab axillae cavo, et progressus ad internam humeri partem.

NERVUS CUBITALIS SEU ULNARIS

67. Egressus ab axillae cavo, et decursus ad internam humeri partem.

68. Ramusculus cutaneus, qui ad tegumentum cubiti.

69. Continuatio trunci praecipui, una cum

vasis ulnaribus decurrentis, ejusque divisio.

70. Truncus dorsalis, seu superficialis manus.

71. Truncus palmaris superficialis, ejusque divisio.

72. Truncus palmaris profundus, musculos ingrediens.

73. Truncus et rami, qui ad abductorem digiti minimi, et ad adductorem metacarpi ejusdem.

74. Ramus anastomoticus cum palmari digitali, ad flexorem brevem.

75. Truncus praecipuus primi nervi palmaris, ab eodem ulnari.

76. Ramus, qui ad palmarem brevem.

77. ——— qui ad flexorem brevem digiti minimi.

78. Ramus, qui ad quartum musculum lumbricalem.

79. Ramus cutaneus, qui ad expansionem palmarem.

80. Ramus, qui ad adductorem metacarpi digiti minimi, ejusque propagines.

81. Ramus cutaneus superior palmaris.

82. 83. 84. Truncus et rami digitales, qui ad marginem ulnarem digiti minimi.

85. Truncus praecipuus secundi nervi palmaris ab ulnari, ejusque conjunctio cum quarto palmari mediano, atque propagines.

86. 87. Truncus et rami digitales, qui ad marginem radialem digiti minimi.

88. 89. 90. Truncus et rami digitales, qui ad marginem ulnarem anularis, eorumque propagines ad apicem usque.

NERVUS RADIALIS

91. Pars ejusdem in axillae cavo.

92. 93. Rami, qui ad caput longum tricipitis.

94. 95. Rami, qui ad caput medium.

96. Rami, qui ad caput breve, eorumque propagines.

NERVI ARTICULI INFERIORIS SINISTRI, ET PODICIS

1. Plexus ischiaticus, e sulco sacro-ischiatico.

2. Truncus et rami antici excisi, qui ad gluteum majorem.

3. Truncus et rami, qui ad gemellum, eorumque propagines.

4. Truncus et rami postici excisi, qui ad gluteum majorem.

5. Trunci et rami excisi, qui ad pyramidalem.

6. Truncus praecipuus nervi pudendi.

7. 8. Rami cutanei excisi ejusdem.

9. Truncus et rami haemorrhoidales postici.

10. Truncus et rami haemorrhoidales medii, qui ad internum et externum sphincterem.

11. Rami excisi, qui ad musculos transversos perinei.

12. 13. Rami cutanei perinei externi excisi.

14. Ramus haemorrhoidalis anticus.

15. Ramus, qui ad musculum bulbo-cavernosum.

16. Truncus et rami superficiales inferiores penis.

17. Truncus et rami superficiales laterales ejusdem.

18. Truncus praecipuus ischiaticus ad poplitem.

19. Truncus praecipuus cutaneus posticus superior.

20. Truncus et rami cutanei ejusdem excisi, per natem repentes.

21. Truncus et rami cutanei femorales interni excisi.

22. Continuatio trunci praecipui descendentis; unde

23. 24. 25. Ramusculi cutanei postici femorales medii.

26. 27. Ramusculi cutanei externi femorales inferiores.

28. Ramus, truncum inferiorem ischiaticum petens.

29. Truncus et rami ischiatici, qui ad semitendinosum.

30. Truncus et rami ischiatici, qui ad caput longum bicipitis.

31. Ramus femoralis externus longus ab eodem ischiatico, ejusque propagines.

32. 33. Truncus et rami cutanei excisi.

34. Truncus et rami, qui ad vastum externum.
35. Truncus et rami, qui ad caput breve bicipitis.
36. Ramus femoralis profundus internus ejusdem.
37. Hujus conjunctio cum praecedenti, unde truncus, qui ad adductorem majorem.
38. Truncus ischiaticus, qui ad semitendinosum.
39. Truncus ischiaticus, qui ad caput longum bicipitis, uterque excisus.
40. Truncus, qui ad inferiorem partem adductoris majoris.
41. Truncus, qui ad inferiorem partem semimembranosi.
42. Truncus, qui ad inferiorem partem vasti externi, et utriusque propagines.
43. Truncus, qui ad semitendinosum, excisus.
44. Divisio trunci praecipui ischiatici prope poplitem; unde
45. Truncus praecipuus nervi poplitei interni.
46. Trunci ejusdem, qui ad gemellum internum; et alii
47. Trunci ejusdem, qui ad plantarem gracilem, excisi.
48. Ramus, popliteum internum cum externo conjungens.
49. Ramus subcutaneus articularis externus excisus.
50. Ramus communis soleo, atque popliteo.
51. Ramus solei proprius.
52. Ramus, qui ad saphenum parvum, seu cutaneus posticus, circa medium surae excisus.
53. Truncus praecipuus nervi poplitei externi, ejusque divisio; unde
54. Nervus primus peroneus superficialis.
55. Truncus et rami articulares externi superiores ejusdem, eorumque propagines.
56. Truncus et rami articulares externi medii.
57. Truncus et rami articulares externi inferiores; atque
58. Truncus et rami superficiales antici et externi tibiae: omnes ad eumdem truncum pertinentes.
59. Truncus excisus, qui ad musculum peroneum longum, ejusque conjunctio cum peroneo profundo.
60. Truncus superficialis posticus ejusdem, atque divisio.
61. 62. Rami externi superficiales surae excisi, ad eumdem pertinentes.
63. Nervus peroneus secundus superficialis, sive musculo-cutaneus, a popliteo externo, secus fibulam; unde
64. Ramus, qui ad gemellum externum.
65. Truncus et rami excisi, qui ad soleum et peroneum longum.
66. Continuatio alterius propaginis peronei, ejusque divisio; unde
67. Truncus dorsalis externus excisus.
68. ——— dorsalis internus, ejusque decursus.
69. 70. Rami malleolares externi excisi.
71. Ramus metatarseus externus, et
72. ——— metatarseus internus; uterque excisus.
73. Ramus anastomoticus cum tibiali antico.
74. Tertius nervus peroneus profundus, seu tibialis anticus, ab eodem popliteo externo.
75. 76. Rami, qui ad extensorem longum digitorum, eorumque propagines.
77. 78. Rami, qui ad tibialem anticum.
79. Truncus et rami, qui ad extensorem longum digitorum, et ad peroneum brevem.
80. Truncus et rami, qui ad peroneum longum, ejusque anastomoses cum peroneo primo; unde
81. 82. Trunci excisi, qui ad gemellum externum.
83. 84. Trunci, qui ad tibialem anticum.
85. Truncus, qui ad extensorem proprium pollicis.
86. Rursus truncus praecipuus nervi tibia-

lis antici circa tertiam inferiorem partem tibiae.

87. Truncus et rami dorsales profundi, qui ad extensorem brevem, et ad interosseos externos.

88. Ramus dorsalis internus profundus, ejusque conjunctio cum dorsali interno peronei secundi superficialis.

89. Continuatio ejusdem inter primum et secundum metatarsum.

90. Truncus et rami digito-dorsales, qui ad primum et secundum digitum pedis.

NERVI ARTICULI INFERIORIS DEXTERI, ET PODICIS

NERVUS ISCHIATICUS, SEU CRURALIS POSTICUS

1. Plexus et nervus ischiaticus, a sulco sacro-ischiatico.

2. Rami ischiatici, qui ad partem superiorem glutei majoris.

3. Ramus ischiaticus, qui ad ejus mediam partem.

4. Rami ischiatici, qui ad inferiorem et posteriorem partem ejusdem.

5. Truncus et rami pudendi, qui ad elevatorem ani.

6. Truncus pudendus superficialis, subter ligamentum sacro-ischiaticum majus.

7. Ramus cutaneus ejusdem, excisus.

8. Truncus et rami haemorrhoidales postici, eorumque propagines.

9. Truncus praecipuus nervi pudendi.

10. —— et rami haemorrhoidales medii, eorumque propagines.

11. Ramus cutaneus peronei, excisus.

12. —— haemorrhoidalis anticus, ejusque propagines.

13. Ramus, qui ad musculum transversum perinei, excisus.

14. Ramus, qui ad bulbo-cavernosum, ejusque surculi.

15. Truncus et rami superficiales inferiores penis, ejusque propagines ad apicem usque.

16. Parvus truncus ischiaticus excisus, qui ad partem inferiorem glutei majoris.

17. Truncus praecipuus nervi cutanei postici, ejusque divisio.

18. Truncus primus lateralis superior ejusdem; unde

19. 20. Rami cutanei, qui ad partem internam et superiorem femoris.

21. Truncus secundus lateralis superior ejusdem.

22. Ramus anastomoticus primum petens, et hinc truncus cutaneus, qui ad internam partem femoris.

23. Truncus tertius lateralis ejusdem.

24. 25. Rami excisi, qui ad semitendinosum.

26. 27. —— excisi, qui ad semimembranosum, pariter excisi.

28. Truncus quartus lateralis superior ejusdem cutanei.

29. Ramus cutaneus excisus, qui ad internam partem femoris.

30. 31. Rami, qui ad abductorem majorem, eorumque propagines.

32. Truncus inferior posticus ejusdem cutanei, ejusque divisio; unde

33. Truncus externus inferior ejusdem cutanei, inde enascens.

34. 35. Rami excisi, qui ad caput longum bicipitis; et

36. 37. Rami excisi cutanei, qui ad externam et inferiorem partem femoris; utrique ad eumdem pertinentes.

38. Truncus inferior internus ejusdem; et

39. Ramus excisus, qui ad semitendinosum; atque alter

40. Ramus excisus, qui ad adductorem majorem; nec non

41. 42. Rami cutanei inferiores, qui ad partem internam femoris.

43. 43. 43. Truncus praecipuus nervi ischiatici, ab egressu sulci sacro-ischiatici, usque ad ipsius divisionem prope cavum poplitis.

44. Ramus ischiaticus excisus, qui ad semitendinosum.

45. Continuatio, et anastomosis cum trunco praecipuo.

46. 47. Rami ischiatici, qui ad adductorem majorem, secus internam et inferiorem partem femoris; et

48. Ramus ischiaticus, qui ad caput breve bicipitis, eorumque propagines.

49. Truncus praecipuus nervi poplitei externi, ab ischiatico procedens, ejusque divisio.

50. Ramus anastomoticus inter hunc et popliteum internum, unde parvus saphenus.

51. Truncus et rami cutanei rotulares externi et antici.

52. Truncus et rami cutanei peronaei externi, utrique excisi.

53. Ramusculi trunci praecipui nervi peronei antici profundi.

54. Truncus cutaneus peronaeus posticus; unde

55. 56. 57. Rami laterales, excisi.

58. Continuatio trunci praecipui ejusdem, ejusque conjunctio cum sapheno minore.

59. Truncus praecipuus nervi poplitei interni, ab ischiatico.

60. Rami articulares interni, eorumque anastomoses.

61. Ramus, eosdem conjungens cum nervo musculari interno.

62. Ramus, qui ad plantarem gracilem.

63. Ramus et surculi articulares interni, atque superficiales rotulae, excisi.

64. Truncus muscularis internus, ejusque decursus.

65. 66. Rami excisi, ad eumdem pertinentes, qui ad gemellum internum.

67. Origo sapheni minoris, ab eodem popliteo interno, secus posticam surae faciem.

68. Anastomosis ejusdem cum trunco cutaneo postico nervi poplitei externi, inde pone renem cognominem descendens.

69. Rursus truncus praecipuus secus tertiam inferiorem partem tibiae.

70. Ramus cutaneus posticus inferior, excisus.

71. 72. Rami cutanei malleolares externi, eorumque decursus.

73. Truncus calcaneus externus; unde

74. 75. Rami calcanei postici externi cutanei, excisi.

76. Continuatio trunci praecipui sapheni minoris.

77. Ramus calcaneus profundus externus.

78. Hujus conjunctio cum calcaneo superficiali, secus externam partem pedis; unde

79. Truncus dorsalis externus.

80. —— et rami, qui ad marginem externum plantae pedis.

81. Truncus et rami digitales, qui ad marginem externum digiti minoris, eorumque propagines.

82. Egressus trunci dorsalis interni, ab eodem sapheno.

83. Truncus et rami digitales, qui ad marginem internum digiti minoris.

84. Anastomosis sapheni minoris cum nervo peroneo superficiali poplitei externi, super dorsum pedis.

85. Ramus digitalis, qui ad quartum et quintum digitum.

86. Ramus digitalis, qui ad tertium.

87. Rami digitales, qui ad secundum, eorumque propagines ad apicem usque.

88. Truncus muscularis externus ejusdem poplitei interni, ejusque divisio.

89. Truncus et rami excisi, qui ad gemellum externum.

90. Truncus et rami, qui ad soleum, eorumque propagines.

91. Ramus, qui ad musculum popliteum internum, ejusque conjunctio cum sapheno majore.

92. Continuatio trunci praecipui poplitei interni, subter musculum soleum ingredientis; qui

93. Tibialis postici nomine rursus egreditur e tertia inferiori parte tibiae; unde

94. Ramus calcaneus superficialis posticus internus, excisus; et

95. Ramus plantaris et superficialis marginis interni pedis.

96. 97. 98. Trunci praecipui cutanei crurales, per tertiam inferiorem partem femoris repentes, eorumque anastomoses.

99. Truncus praecipuus nervi sapheni majoris, ad eosdem pertinens.

100. 101. Ramusculi excisi, qui ad semitendinosum.

102. Ramus anastomoticus cum cutaneis internis cruralibus.

103. Truncus et rami cutanei articulares superiores interni.

104. Anastomosis alia cum cutaneis cruralibus supradictis, et hinc parvus plexus.

105. Continuatio trunci praecipui in tibiae regionem descendentis.

106. Ramus superficialis internus surae, excisus.

107. Ramus condyloideus internus tibialis.

108. Iterum truncus praecipuus saphenus subter genu, descendens una cum vena cognomine.

109. 110. Ramusculi tibiales medii, ad eumdem pertinentes.

111. Descensus trunci praecipui ad pedis dorsum prope malleolum internum.

EXPLICIT FIGURAE SECUNDAE FACIES AVERSA

VISCERA

TABULA III.

FIGURA I.

Asperam arteriam una cum bronchiis, pulmonem, viscera chylopojetica peritoneo obducta, exhibet figura haec, demptis, antica thoracis et abdominis parte, corde et pericardio, ut omnia enunciata facile pateant.

OSSA ET CARTILAGINES

I. Portio ossis occipitalis.
II. —— ossis temporalis.
III. —— ossis maxillae inferioris.
IV. —— ossis hyoidis.
V. V. —— ossis utriusque claviculae, circà medium excisae.
VI. VI. Portio apophysis acromialis scapularum.
VII. VII. Portio apophysis coracoideae earumdem.
VIII. Pars capitis humeri ad dexteram.
IX. IX. IX. IX. IX. IX. Costae circa medium excisae, ad dexteram, et laevam.
X. X. Cartilagines excisae, ad ultimas costas pertinentes, et dextrorsum ademptae.

LIGAMENTA

Γ. Γ. Ligamenta coracoidea inter scapulas et claviculas.
Δ. Δ. Ligamenta acromialia clavicularum.
Φ. Φ. Ligamenta antica scapularum propria.
Ξ. Ligamentum capsulare humeri, ad dexteram.
Θ. Ligamentum rotundum hepatis, a vena umbilicali obstructa.
Π. Π. Ligamenta lateralia vesicae, ab umbilicalibus arteriis obductis.
Ψ. Ligamentum vesicale medium, ab uraci obliteratione.

ORGANA ET GLANDULAE

A. Auris dexterae pars cartilaginea.
B. Portio glandulae submaxillaris dexterae.
C. Membrana laryngis, quae hanc cum osse hyoide conjungit.
D. Trachea: et hinc
E. *E.* Bronchia ad pulmones.
F. *F.* Pulmones, eorumque naturalis situs.
G. Portio oesophagi.
H. *H.* *H.* *H.* Antica peritonaei pars super abdominis viscera.
I. Umbilici vestigium.
K. Pars fundi superioris vesicae urinariae.
L. *L.* Pars utriusque funiculi spermatici.
M. Pars penis.

MUSCULI

A. Portio musculi genio-hyoidei ad laevam.
B. Portio musculi hyoglossi ad dexteram.
C. C. Portio musculi utriusque ptherigoidei interni.
D. Portio musculi stylo-hyoidei ad dexteram.
E. Portio musculi thyro-hyoidei ad laevam.
F. Portio musculi crico-thyroidei.
G. —— musculi obliqui superioris capitis.
H. Portio musculi recti majoris postici ejusdem.
I. Portio musculi obliqui inferioris capitis,
K. Portio musculi scaleni postici.
L. Portio musculi scaleni medii, et

M. Portio musculi elevatoris scapulae excisi; omnes ad dexteram.

N. N. Portio musculi cucullaris ad dexteram, et laevam.

O. O. Portio utriusque musculi subclavii.

P. P. Portio musculi infrascapularis utriusque lateris.

Q. Pars tendinea pectoralis minoris excisi ad dexteram.

R. Pars tendinea capitis brevis bicipitis, seu coracoidei excisi, ad dexteram.

S. S. Pars tendinea capitis longi seu glenoidalis ejusdem excisi, utriusque lateris.

T. T. Pars utriusque musculi deltoidei sublevati.

U. Pars tendinea pectoralis majoris, et

V. — tendinea capitis longi tricipitis ad laevam.

W. Pars musculi coracobrachialis, et

X. — musculi latissimi dorsi, ad dexteram.

Y. Hujus carnea appendix, quae dextrorsum in apophysim coracoideam se inserit.

Z. Z. Portio utriusque musculi serrati majoris e sede semoti.

A. A. Portio utriusque musculi intercostalis interni.

B. B. Portio diaphragmatis excisi.

C. Portio musculi obliqui externi abdominis, sublevati ad laevam.

D. D. Portio musculi obliqui interni utriusque lateris, quorum sinister excisus secus cristam ilei.

E. Pars musculi transversi abdominis excisi, ad dexteram.

F. Musculus rectus abdominis diductus, ad dexteram.

G. G. Pars musculi tensoris vaginae femoris utriusque lateris.

H. Pars musculi sartorii ad dexteram.

I. I. Pars musculi adductoris longi femoris utriusque lateris.

ARTERIAE

ARTERIA PULMONALIS

a. a. a. a. a. a. a. a. Trunci praecipui pulmonales dexteri.

b. b. b. b. b. b. b. b. Trunci praecipui pulmonales sinistri, utrique excisi dum ad hujus visceris parenchima.

ARTERIA AORTA, EJUSQUE PRAECIPUI TRUNCI ASCENDENTES AD DEXTERAM

c. Truncus praecipuus ejusdem, prope curvaturam excisus.

d. Truncus praecipuus arteriae innominatae, prope ipsius originem excisus.

e. Truncus praecipuus carotidis primitivae ab eadem.

f. Truncus praecipuus arteriae thyroideae inferioris, seu supranumerariae, excisae, a carotide primitiva.

g. Divisio carotidis primitivae in internum et externum truncum, et altera hujusce divisio.

h. Truncus praecipuus arteriae thyroideae superioris.

i. k. Rami ejusdem excisi, qui ad glandulam thyroideam.

l. Ramus alius, qui ad laryngem.

m. Truncus praecipuus arteriae lingualis.

n. ——— praecipuus arteriae facialis, eorumque distributio.

o. Ramus submaxillaris, a faciali procedens.

p. Truncus praecipuus arteriae occipitalis.

q. Ejusdem divisio.

r. Ramus occipitalis superior, seu ascendens.

s. Ramus occipitalis inferior, seu transversus, eorumque propagines.

t. Truncus praecipuus arteriae carotidis externae, ejusque nova divisio.

u. Truncus praecipuus arteriae auricularis inferioris.

v. Truncus praecipuus arteriae maxillaris internae, pone maxillam inferiorem ascendens.

x. y. Rami parotidei et masseterici, excisi, ad eamdem pertinentes.

z. Truncus praecipuus arteriae temporalis.

EADEM ARTERIACA VASA AD LAEVAM

a. Truncus praecipuus carotidis primitivae ab arcu aortico procedentis, secus collum ascendens.

b. Truncus praecipuus arteriae thyroideae inferioris, a carotide primitiva.
c. Divisio carotidis primitivae in truncum internum et externum.
d. Truncus praecipuus arteriae laryngeae.
e. —— praecipuus arteriae lingualis.
f. —— praecipuus arteriae facialis; et hinc
g. Ramus subtermentalis, qui omnes ad carotidem externam pertinent.

ARTERIA SUBCLAVIA SINISTRA

h. Truncus praecipuus ab arcu aortico procedens.
i. Truncus praecipuus arteriae scapularis superioris superficialis, excisus.
k. Ramus excisus, qui ad musculum subclavium.
l. Truncus praecipuus arteriae supraspinosae scapulae.
m. Truncus praecipuus arteriae axillaris.
n. Ramus, qui ad glandulas profundas axillae.

EADEM SUBCLAVIA AD DEXTERAM

o. Ramus subclavius, qui ad glandulas colli.
p. Ramus thoracicus superior, qui ad glandulas thoracicas.
q. Truncus praecipuus arteriae thoracicae axillaris.
r. Truncus praecipuus arteriae subterscapularis.

CONTINUATIO AORTAE DESCENDENTIS

s. Truncus praecipuus arteriae brachialis sinistrae.
t. Truncus praecipuus arteriae brachialis dexterae, eorumque decursus et distributio ad bronchia, et ad glandulas lymphaticas.
u. Truncus praecipuus aortae, per cavum thoracis decurrens.
v. Truncus praecipuus arteriae diaphragmaticae superioris sinistrae.
x. Truncus praecipuus arteriae diaphragmaticae dexterae.
y. Truncus abdominalis decimae arteriae intercostalis ad dexteram, ejusque propagines, quae ad obliquum et ad musculum rectum.
z. Truncus abdominalis undecimae intercostalis.
a. Truncus abdominalis duodecimae intercostalis, eorumque ad eosdem musculos propagines.
b. Truncus praecipuus spermaticae dexterae.
c. Truncus praecipuus spermaticae sinistrae, subter peritoneum egredientes; eorumque descensus ad testes.
d. Truncus praecipuus arteriae circumflexae iliacae ad laevam, ejusque decursus.
e. Truncus praecipuus ejusdem arteriae ad dexteram; et hinc
f. g. h. Rami iliaci et abdominales, eorumque anastomoses cum intercostalibus hujusce partis.
i. Origo trunci praecipui arteriae epigastricae ab iliaca externa dextera, ejusdemque propagines per musculum rectum.
k. Truncus praecipuus epigastricae, ab iliaca externa sinistra, ejusque propagines per peritoneum.
l. l. Parvi trunci antici vesicae, eorumque propagines ad fundum vesicae.
m. m. Trunci praecipui arteriae cruralis.
n. Truncus pudendus superior externus ad laevam.
o. p. q. Ramusculi crurales, eorumque propagines ad glandulas inguinales, sinistrorsum.

VENAE

VENAE QUAE IN SUBCLAVIAM DEXTERAM CONVENIUNT

1. Truncus et rami venae facialis.
2. 3. —— et rami comitantes occipitalium.
4. Truncus et rami anastomotici venae lingualis et submaxillaris, excisi.
5. Truncus et rami venae thyroideae superioris et laryngeae.
6. Eorumdem concursus, et in jugularem internam insertio.
7. Truncus venae thyroideae mediae, excisae.

8. Truncus praecipuus jugularis internae hujus lateris, subclaviam ingrediens.
9. Trunci praecipui humeralium comites.
10. Truncus praecipuus venae basilicae, excisus.
11. Truncus et rami venae subterscapularis.
12. Truncus et rami venae thoracicae axillaris.
13. Truncus praecipuus venae cephalicae, seu subterclavicularis, excisus.
14. Truncus praecipuus venae axillaris.
15. ——— supraclavicularis cephalicae, seu cervicalis inferior.
16. Truncus praecipuus venae jugularis externae, excisus.
17. Truncus praecipuus venae thyroideae inferioris, excisus.
18. Truncus praecipuus venae subclaviae, in quem iidem conveniunt, ibi excisi ubi cavae superioris nomen assumunt.

VENAE IN SUBCLAVIAM SINISTRAM CONVENIENTES

19. Truncus et ramus venae facialis.
20. ——— et ramus venae subtermentalis, excisae.
21. Truncus et ramus venae lingualis.
22. ——— et ramus venae thyroideae superioris excisae, quae omnes in jugularem internam abeunt.
23. Truncus praecipuus jugularis internae, subclaviam ingredientis.
24. Truncus praecipuus jugularis externae, excisus.
25. Truncus et rami venae subterscapularis.
26. Truncus et rami venae circumflexae anticae.
27. Truncus praecipuus venae cephalicae, excisus.
28. Truncus praecipuus venae axillaris.
29. ——— praecipuus venae subclaviae, prope cavam superiorem excisus.

VENAE PULMONALES

30. 30. 30. 30. 30. 30. 30. 30. Trunci praecipui dexteri.
31. 31. 31. 31. 31. 31. 31. 31. Trunci praecipui sinistri, utrique excisi, dum e visceris parenchimate egrediuntur.

VENA AZYGA

32. Truncus praecipuus ejusdem, subter dexterum bronchium incedens.
33. Idem prope ipsius insertionem in cavam superiorem, excisus.

VENAE, QUAE AD CRURALEM, SEU ILIACAM EXTERNAM SINISTRAM CONVENIUNT

34. Portio trunci praecipui saphenae majoris.
35. Portio trunci pudendi externi.
36. ——— trunci femoralis antici.
37. 38. Rami abdominales, seu inguinales subcutanei, abdomen ingredientes.
39. Truncus praecipuus venae epigastricae.
40. Truncus praecipuus venae circumflexae iliacae.
41. Truncus praecipuus venae cruralis, seu iliacae externae, quam ipsi adeunt.

VENAE, QUAE IN CRURALEM SEU IN ILIACAM EXTERNAM DEXTERAM CONCURRUNT

42. Portio trunci praecipui saphenae majoris.
43. Portio trunci abdominalis externi.
44. 45. Trunci et rami comitantes epigastricae, iliacam externam adeuntes.
46. Truncus et rami circumflexi iliaci, una cum praecedentibus iliacam externam ingredientes.
47. Truncus praecipuus venae cruralis, seu iliacae externae, abdominis cavum ingrediens.

VENA AZYGA PENIS

48. Truncus praecipuus ejusdem, atque decursus.

VENA CAVA INFERIOR

49. Truncus praecipuus diaphragma transfodiens, et excisus priusquam cordis ventriculum ingrediatur.

VASA LYMPHATICA

LYMPHATICA PUDENDA ET CRURALIA, QUAE GLANDULAS INGUINALES SINISTRORSUM PETUNT

A. A. Trunci pudendi externi a genitalibus procedentes.
B. B. B. Trunci crurales interni.

C. C. C. Trunci crurales antici.
D. D. —— externi; cuncti ab articulo inferiore procedentes.
E. E. Trunci glutei a nate; qui omnes ad
F. F. F. Glandulas inguinales inferiores, ad
G. G. G. —— inguinales medias, et ad
H. H. H. H. Glandulas inguinales superiores pergunt, una cum plexibus hinc enascentibus.
I. I. I. Trunci, qui ab ultimis glandulis egredientes, abdominis cavum ingrediuntur, quorum nonnulli
K. Glandulam iliacam internam petunt.
L. L. Trunci spermatici, anulum inguinalem ingredientes.

EADEM LYMPHATICA VASA AD DEXTERAM

M. M. M. Trunci crurales.
N. N. N. Glandulae inguinales, quas ipsi adeunt, et plexus inde enascentes.
O. O. O. O. Trunci, qui ab iisdem glandulis exsurgentes, abdomen ingrediuntur, quorum nonnulli
P. Glandulam internam pelvis petunt.

VASA LYMPHATICA, ET GLANDULAE ABDOMINIS

Q. Q. Trunci epigastrici, secus vasa sanguinea decurrentes.
R. R. R. R. R. Glandulae epigastricae, quas ipsi adeunt.
S. S. S. Trunci praecipui efferentes, qui
T. Glandulam iliacam internam petunt.
U. U. Trunci abdominales circumflexi iliaci.
V. V. V. V. V. Trunci abdominales intercostales; utrique secus vasa sanguinea repentes.
X. X. X. X. Parvi trunci peritonaeales, per externam faciem hujus sacci repentes.

VASA LYMPHATICA ET GLANDULAE AD THORACIS CAVUM PERTINENTES

Y. Y. Ductus thoracicus inter venam azygam, et octavum nervorum par decurrens, qui in angulum venae jugularis cum subclavia sinistra se inserit.
Z. Z. Trunci a ligamento suspensorio hepatis, et a convexa parte ejusdem, una cum vena cava inferiori, thoracem ingredientes.
A. A. Glandulae diaphragmaticae, et
B. B. —— posticae mediastini, quas ipsi adeunt.
C. Glandula oesophagea antica inferior, quam adeunt trunci oesophagaei, ab abdomine provenientes.
D. D. Glandulae marginis obtusi pulmonis sinistri, quas adeunt trunci superficiales hujus visceris.
E. E. E. Glandulae bronchiales inferiores.
F. F. F. F. Glandulae bronchiales mediae, et aorticae.
G. G. G. Glandulae bronchiales superiores.
H. H. Glandulae tracheales et oesophageae; quas omnes adeunt lymphatica superficialia et profunda pulmonis sinistri, et hinc inferentes et efferentes trunci, plexus enascentes, eorumque propagines.
I. I. Glandulae bronchiales inferiores.
K. K. —— bronchiales mediae.
L. L. —— tracheales majores.
M. M. —— bronchiales superiores; quas adeunt lymphatica superficialia et profunda pulmonis.
N. Truncus praecipuus ab ultimis bronchialibus exsurgens, et majus lymphaticum dexterum petens.

GLANDULAE LYMPHATICAE CERVICALES ET AXILLARES, NEC NON VASA LYMPHATICA EFFERENTIA AD LAEVAM, QUAE AD DUCTUM THORACICUM

O. Glandula thyroidea, et laryngea superior.
P. P. P. Glandulae jugulares, seu cervicales superiores.
Q. Q. Glandulae jugulares, seu cervicales mediae.
R. R. Glandulae jugulares, seu cervicales inferiores, una cum truncis inferentibus et efferentibus, ac plexibus inde enascentibus.
S. Trunci praecipui cervicales ab ultimis hisce glandulis procedentes, qui ductum thoracicum ingrediuntur.
T. Truncus alius excisus, qui ab alia glandula cervicali inferiori procedens, una cum ceteris incedit.

U. Truncus alius a glandulis mediastini antici.

V. Glandula infradeltoidea, ad quam truncus cephalicus.

W. Truncus proprius musculi pectoralis, qui cum trunco efferente, ab infradeltoidea anastomosin init.

X. X. Trunci circumflexi antici.

Y. Y. Y. Trunci humerales profundi.

Z. Z. Trunci subterscapulares; utrique secus vasa sanguinea propria decurrentes, et

A. Glandulam infrascapularem, atque

B. B. B. Glandulas axillares superiores ingredientes.

C. C. Trunci praecipui efferentes ab hisce glandulis, et

D. Glandulam cervicalem inferiorem profundam adeuntes, una cum trunco efferente a mediastino, priusquam ductum thoracicum ingrediatur.

EADEM VASA CERVICALIA ET AXILLARIA, QUAE AD MAJUS LYMPHATICUM DEXTERUM

A. A. Trunci occipitales secus vasa sanguinea decurrentes.

B. Glandula occipitalis.

C. Glandulae laryngeae et thyroideae superiores.

D. D. D. Glandulae jugulares, seu cervicales superiores.

E. E. Glandulae jugulares, seu cervicales mediae.

F. Glandula thyroidea et laryngea inferior.

G. G. G. Glandulae tracheales anticae.

H. H. H. —— jugulares, seu cervicales inferiores; quae omnes una cum accedentibus, et inde exsurgentibus truncis atque plexibus, conspiciuntur; inde

I. Truncus praecipuus cervicalis, qui in jugularem internam prope angulum cum subclavia.

K. Truncus cephalicus superior, seu supraclavicularis.

L. Truncus cephalicus inferior, seu subterclavicularis.

M. Trunci thoracici superiores, qui ad

N. N. Glandulas infrascapulares, et deltoideas.

O. O. Trunci humerales profundi.

P. Truncus subterscapularis.

Q. Horum anastomosis, et plexus inde enascens.

R. R. Trunci thoracici profundi.

S. S. Glandulae axillares inferiores.

T. T. T. —— axillares mediae.

U. U. U. —— axillares superiores, atque

V. V. V. —— subclaviae; in quas vasa lymphatica inferentia, atque efferentia, una cum humeralibus conjuncta, et hinc plexus, ejusque decursus et distributio.

X. X. Trunci subclavii efferentes ab ultimis glandulis.

Y. Truncus praecipuus seu major lymphaticus dexter hinc enascens, et in angulum venae jugularis cum subclavia se inserens.

NERVI

NERVI CEREBRALES

NERVI MAXILLARES INFERIORES TERTIAE PROPAGINIS QUINTI PARIS AD DEXTERAM ET LAEVAM

1. 1. Trunci praecipui nervorum lingualium, eorumque distributio.

NERVI LINGUALES, SEU HYPOGLOSSI NONI PARIS AD DEXTERAM ET LAEVAM

2. 2. Trunci praecipui, eorumque per musculos linguales surculi.

NERVI VAGI, SEU OCTAVI PARIS AD DEXTERAM ET LAEVAM

3. 3. Trunci praecipui, eorumque surculi inter carotides et jugulares internas, secus collum descendentes.

4. 4. Trunci praecipui recurrentium hinc enascentes, horumque ascensus ad laevam circa arcum aortae, dextrorsum vero circa subclaviam.

5. Hic rursus truncus praecipuus recurrentis dexteri, laryngem petentis.

6. 7. 8. 9. Rami brachiales, seu laryngei inferiores, eorumque surculi.

10. Rursus truncus praecipuus descendens nervi vagi dexteri inter ductum thoracicum et oesophagum.

11. 12. 13. Trunci et rami oesophagei ad eumdem pertinentes, unde plexus oesophageus anticus.

14. Continuatio trunci praecipui abdomen ingredientis.

NERVI CERVICALES AD DEXTERAM ET LAEVAM

15. 15. Horum anastomosis in plexum brachialem utriusque lateris.

16. Nervus scapularis, seu supraspinosus ad dexteram.

17. 17. Nervi cutanei externi, seu musculo-cutanei ad dexteram et laevam.

18. Nervus cutaneus internus ad dexteram.

19. 19. Nervi mediani ad dexteram et laevam.

20. 20. Nervi orbitales.

21. Nervus axillaris ad laevam.

NERVI INTERCOSTALES DORSALES AD DEXTERAM

22. 23. 24. 25. Trunci abdominales, e quatuor ultimis intercostalibus, per musculos abdominis repentes.

NERVI LUMBARES AD DEXTERAM

26. 27. 28. Trunci abdominales, e primo et secundo lumbarium pare.

NERVI CUTANEI FEMORALES EXTERNI AD DEXTERAM ET LAEVAM

29. 29. Parvi trunci cutanei externi femorales.

30. 30. Secundi trunci cutanei externi femorales, ad eosdem lumbares pertinentes.

NERVI CUTANEI CRURALES AD LAEVAM

31. 32. Trunci cutanei femorales externi.

33. 34. ——— cutanei femorales interni, ad plexum cruralem pertinentes.

NERVI PUDENDI COMMUNES AD DEXTERAM ET LAEVAM

35. 35. Trunci praecipui pudendi, horumque surculi nonnulli per dorsum penis.

FIGURA II.

Antica facies cordis e sede semoti, una cum vasis sanguineis, lymphaticis et nervis, per hanc superficiem repentibus.

A. Portio venae cavae superioris.

B. Portio sinus, seu auriculae dexterae.

C. C. C. Portio ventriculi dexteri, seu antici.

D. Arteria pulmonalis ab hoc ventriculo egrediens.

E. Truncus praecipuus pulmonalis dexter, excisus.

